

*frances pat. Audert. qd
ccat in suis beneficij vniu
sed deū nūc cēt aduitor
pendendi dōs aut. hē ex.*

h caplo. xxx.

On oportz

sacris officijs de dītōs
gros vel incātar oēs existē
lateria q̄ aīaz suaz viculā
aut q̄ talibz rebz vntur pro
iussumus.

*Itē ex dōlio tolo
pitulo. xxx. *De orozē praes
gos vel auro.**

Ep̄s aut presb̄r ā diaco
libet de ordimbz cleicoz ar
caratores ā ariolos ā dē aug
nilegos vel q̄ p̄fētur arcē ma
eoz filia exercētēs cōsūusse
fuerit ab honore dignitatis
mōstern cura e xciptat. ibiqz p
tue dēdītus scelus admissus la
uat. *Itē ex agathēdi cōcilio*

*Dixi tēm̄nes aliqui loqm̄ oīp̄ ostēō nō
solū vo cētā nūc cētā cōtā q̄
rep̄s en signā quedās ex aīo ex p̄mū
in cozpore tota factitāt p̄ dīcē rem
o cētū simā autēctoz q̄ p̄e rone qua e z
bui. Nā p̄uēire istā ad nōciā demōnū
p̄ nōmulla eē exp̄metā optū ē. Sed vīr
signa quedaz dēt̄ ex cozpore cogitātū
illis sensibilia nos aut latēta an alia vi spi
rituali ista cognoscat. ā dīffīllīe p̄t ab
hombz ā oīmō nō p̄t inueniri.*

Quod autēz solēgi dīmū si
cessare noluerit eētōmūcādī
sūt. rōne et auctozitate p̄bat̄.
Est enī quoddā genus cultus
re y doloꝝ ex demōnū dīsultacōibz futū
ra p̄dicere. Sicut enī auarus q̄ cultū deo
debitū nūmō impendit y doloꝝ cultoz ab
ap̄d nōiatur. sic illi qui futūra que ex dēi
oraculo nōmūquam reuelata inueniūt̄
vel demōnū dīsultacōe uel q̄buslibet p̄sti
gīs inuenire laborāt. diuīnī tās ī uīa rre
auris attribuit. futūra enī p̄scire solius
dēi ē. qui in sui cōtēplacōne etiā angelos

Quod autēz solēgi dīmū si
cessare noluerit eētōmūcādī
sūt. rōne et auctozitate p̄bat̄.

Est enī quoddā genus cultus
re y doloꝝ ex demōnū dīsultacōibz futū
ra p̄dicere. Sicut enī auarus q̄ cultū deo
debitū nūmō impendit y doloꝝ cultoz ab
ap̄d nōiatur. sic illi qui futūra que ex dēi
oraculo nōmūquam reuelata inueniūt̄
vel demōnū dīsultacōe uel q̄buslibet p̄sti
gīs inuenire laborāt. diuīnī tās ī uīa rre
auris attribuit. futūra enī p̄scire solius
dēi ē. qui in sui cōtēplacōne etiā angelos

esse neces
itatē su
ioribus.
inde nō
dīcētū
y supiora
ūte causa
ex licet
at signa
erum.

Quod autēz solēgi dīmū si
cessare noluerit eētōmūcādī
sūt. rōne et auctozitate p̄bat̄.

Est enī quoddā genus cultus
re y doloꝝ ex demōnū dīsultacōibz futū
ra p̄dicere. Sicut enī auarus q̄ cultū deo
debitū nūmō impendit y doloꝝ cultoz ab
ap̄d nōiatur. sic illi qui futūra que ex dēi
oraculo nōmūquam reuelata inueniūt̄
vel demōnū dīsultacōe uel q̄buslibet p̄sti
gīs inuenire laborāt. diuīnī tās ī uīa rre
auris attribuit. futūra enī p̄scire solius
dēi ē. qui in sui cōtēplacōne etiā angelos

IX. B. 5 315.

45.

Sbd

~~IX. B. 5 315.~~

~~XXVIII. 9. 00~~

3. 2. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

333.
18

Disputatio Juridica
De
PROBATIONIBUS,

Quam

A. D. O. M.

*Consensu Magnifici atq; Amplissimi in celeberrima
Academia VVittebergensi Jctorum ordinis,*

SUB PRÆSIDIO

Viri Amplissimi, Clarissimi & Consultissimi,

DN. CONRADI CARPZOVII,

J. U. D. & Profess. publ. Curiā Provinc. Consistorii
Ecclesiastici, Facultatis Juridicæ Wittebergæ, & Electoralis per
Inferiorem Lusatiam Judicii Adfessoris dignissimi, Decani p. t.
Spectatissimi, Promotoris ac Præceptoris sui omni observan-
tiā cultu atatem venerandi & colendi,


Publico examini exhibet

HENRICUS SCHABELL

Wisnar. Megapol.

Ad diem 24. Martii in Auditorio

Jctorum.



WITTEBERGÆ,

Typis Hæredum SALOMONIS AUERBACH, Acad. Typogr.

ANNO MDCXXX.



Disputatio Juridica

DE
PROBATIONIBUS

A. D. O. M.

Consilii Magistri et Censurarii
Academici V. Magnae Curiae
Saxoniae

SUB PRASIDIO

V. Magnae Curiae Censurarii

DR. CONRADI CALIXOVII

J. U. D. & Profr. publ. Curiae Provinciae Consilii-
tribunalis Facultatis Juridicae, et abbas & Pfectoralis per
Jurisprudentiam in hunc A. D. O. M. Saxoniae, Decan. p. r.
specimens Jurisprudentiae in omni obsequio
in culturae per hunc & totum

Y. Magnae Curiae Censurarii

HENRICUS SCHABELL

W. Magnae Curiae

Abbas & Pfectoralis

Curiae

—————

—————

—————





IN NOMINE DOMINI NOSTRI
JESU CHRISTI.

Quanta probationum in veri-
tatis indagine tum necessitas tum uti-
litas, non tantum ex *l. i. ff. de testib. Nov.*
90. in pr. sed & passim ex Jure constat,
potissimum ex *l. duo 30. ff. de testam. tutel.*
l. ubi falsi 22. C. ad l. Cornel. de fals. l. per banc 4. C. de tempor.
& repar. appell. ubi Sacratissimus Imperator Justinianus
eam VERITATIS VESTIGIUM ET LUMEN appel-
lat, secundum quod Judicare Judex non secundum
conscientiam debet, *c. pastoralis 28. §. quia vero. de offic.*
Jud. deleg. & Bart. in l. illicitas 6. §. veritas. ff. de offic. Praesid.
Azo. in sum. ad tit. C. de testib. n. 23. quippe quæ anima sit
processus in qua tota vis ac substantia judicii sita sit, ad
quam & omnis nostra legû scientia reducatur. Mascard.
de prob. vol. 1. quæst. 1. n. 4. & 12. Duaren. ad tit. ff. de probat.
cap. 1. Imò ipsa in super experientia quotidiana eviden-
ter docet, quantus hujus materiæ sit usus, cum is, ad
quem probandi onus devolvitur, si in probatione de-
fecerit, in causa etiam succumbat, etiam si adversarius
ipse nihil præstiterit, teste *l. qui accusare 4. C. de Edend.*
Sicque verissimum esse illud quod dicitur in *l. 30. ff. de te-*
stam. tutel. non tibi Jus sed probatio deficit, sufficien-
ter constat. Cum igitur ex his & similibus luculenter
appareat, materiam probationum apprimè esse utilem,
non abs re me facturum putavi, si de ea quantum inge-

nii tenuitas admitteret, disquisitionem qualemcunque
instituerem. Sit igitur

THESIS I.

Probatio (a) est intentionis controversæ (b) Legi-
tima fides, (c) quam facit Judici (d) vel Actor (e) vel Reus
(f) vel uterque (g).

(a) Cum cujushbet Institutionis principium à definitio-
ne ordiri debeat, ut scire possimus quid sit de quo disputatur,
itaque definitionem probationis præmittere visum est. Cum
autem omnis definitio in jure periculosa sit, l. 202. ff. de R. 7. pro-
culdubio imprimis in hac tam ampla tamque diffusa proba-
tionum materia, quâ nulla in universo Jurisprudentiæ Ocea-
no uberius reperiri potest; Mascard. de prob. vol. 1. in proem. n. 4.
Difficilius erit; secundum normam Dialectices perfectam ac-
curatamque dare definitionem, quam docere quid sit proba-
re. Duaren. ad tit. C. de prob. c. 2. Proinde cum ejusmodi exacta,
modisq; omnibus absoluta Dialectica definitio vix tradi queat,
modò talis, quæ ad rei de qua agitur declarationem sufficere
possit, detur; Cumque talem ab ullo hæctenus Juris interpre-
te vix prolatam fuisse testetur, Duaren. ad tit. ff. de prob. c. 2. itaq;
& ego eam, quæ ex variis Dd. definitionibus ad declarationem
hujus materiæ maximè facere mihi visa est, huc apponere vo-
lui. (b) Seu dubiæ, Obrecht. disput. de prob. 1. th. 13. Duar. ad tit.
D. & C. de prob. c. 2. Azo. in summ. ad tit. C. de prob. n. 1. Donell. lib. 25.
ad rubr. C. h. r. Wesenb. in paratit. de prob. n. 2. Treutl. vol. 2. disp. 4.
th. 1. controversam autem seu dubiam rem esse, quam ad ver-
sarius negat, constat ex l. ult. C. quib. ad libert. proclam. non lic. & di-
co intentionis controversæ, quia ea quæ certa sunt, non indi-
gent probatione, arg. l. 137. §. 2. in fin. ff. de verb. oblig. & ib. Gothofred.
Mascard. vol. 1. quest. 2. n. 21. Boer. decis. 176. n. 24. & ineptum est in
eo probando laborare quod controversum non est, inquit
Duaren. ad tit. C. de prob. c. 2. (c) Per idonea argumenta, gl. &
Bart. ad rubr. C. h. r. Wesenbec. in par. h. r. n. 2. argumentorum
autem

autem nomine comprehenduntur testes & Instrumenta. Bart. ad rubr. C. h. t. Wesenb. in par. h. t. n. 2. (d) Huic enim probatio facienda est non ad verlariorum, l. quingenta. 12. ff. h. t. & ibi Gothofred. l. i. apud quem. 2. C. de Edend. l. si Praesidi. 1. C. de reb. alien. non alienand. l. Lucius Titius. 83. C. de condit. & demonstrat. l. inter stipulantem. 83. §. 1. ff. de verb. oblig. l. 1. C. de condit. ob turp. caus. Azo in summ. ad tit. C. de prob. n. 16. Mascard. d. quest. n. 24. Duaren. ad tit. C. de prob. c. 2. & lib. 1. diff. anniverf. c. 27. (e) Ei enim incumbit probatio. l. 2. & passim per tot. tit. D. & C. de prob. Fachin. lib. 7. c. 59. Vigel. in method. Jur. Civ. lib. 2. cap. 17. Idem in method. Jur. controv. lib. 2. c. 9. reg. 5. eoq; non probante reus absolvitur ab instantia iudicii, etiamsi nihil ipse praestiterit. l. negantes. 9. C. de oblig. & action. l. siquidem. 9. C. de except. Mascard. vol. 1. quest. 17. n. 1. (f) In exceptionibus scilicet, in quibus partibus actoris fungitur. l. in exceptionibus. 19. ff. h. t. Mascard. d. quest. 17. n. 4. Ideoq; etiam merito suam assertionem probare debet. d. l. 19. ff. h. t. Sich. ad l. 1. C. h. t. n. 1. (g) Actor sc. probando suam actionem, Reus verò suam exceptionem, prout ex locis praallegatis constat. Praemissis autem hisce liquet, posse etiam definiti probationem & quidem plenius, quod sit actus judicialis. l. cum precibus. 18. C. h. t. l. quod evitandi. 3. C. de condit. ob turp. caus. Wes. in par. h. t. n. 2. quo per instrumenta. l. in exercendis. 15. & tot. tit. D. & C. de fid. instr. & testes d. l. 15. de fid. instr. l. 1. & tot. tit. D. & C. de testib. aliaque idonea argumenta & indicia. l. ult. C. de prob. l. indicia. 19. C. de rei vendic. l. n. qui. 2. C. de in lit. fur. l. observare. 2. C. quor. appellat. non recip. de re dubia & controversa fides fit iudici. l. quingenta. 12. ff. de probat. l. si ex cautione. 1. C. de condit. ob turp. caus. l. si idcirco. 2. C. quibus ex caus. major.

II.

Prout autem probatio varias distinctiones & divisiones recipit, primò distingui potest in probationem Juris (a) & Facti (b) Utraque, vel Artificialis (c) est, vel Inartificialis. (d) Haec vicissim vel plenè, (e) vel semiplenè (f) probant. Deinde & probatio alia dici potest Judicialis, alia Extrajudicialis. (g)

A 3

(a) Qua-

(a) Qualis dicitur secundum Obrecht. *disp. de prob. 1. th. 25.* cum Judici ostenditur jus in iudicium introductum & ab adversario negatum perperam ab eo negatum esse, & ita vel secus se habere, *l. ab ea parte 5. ff. de prob. l. Titius 34. ff. solut. matrim. l. si cum pater 2. C. si advers. rem judic.* (b) Hæc juxta eundem Obrecht. *disp. d. 1. th. d.* dicitur, qua factum in iudicium deductum & ab adversario perperam negatum ita vel ita se habere judici ostenditur. Facta autem potius probari debere quam Jus, cum ea quæ juris sunt, probatione non indigeant, sed per se perspicua sint, nisi ubi ipsum jus negatur, ut in *l. 5. ff. h. r. contendit Wesenb. in par. de prob. n. 7.* (c) Donell. *lib. 25. ad rubr. C. de prob. Obrecht. d. disp. 1. th. 31.* Wesenb. *in par. h. r. n. 4.* Treutl. *vol. 2. disp. 4. th. 2.* Rosbach. *in proc. judic. n. 2. tit. 53.* Artificialem autem eam esse, quæ ex ipsa causa variis argumentis & indiciis oritur, cum Wesenb. *in par. h. r. n. 4.* statuo, hæc vim quandam præsumptivam habet Treutl. *vol. 2. disp. 4. th. 2. lit. A.* (d) Quæ extra causam à testibus, tabulis, confessione, & Juramento accipitur, Wesenb. *in par. h. r. n. 4.* Rosbach. *in proc. judic. d. tit. 53. n. 4.* (e) Mascard. *d. prob. vol. 1. quest. 4. n. 11.* Farinac. *lib. 1. quest. 36. n. 19.* Rosbach. *d. tit. 53. n. 4.* Plena autem probatio fit ad minimum per duos testes, *l. ubi numerus 12. ff. de testib. Sich. ad rubr. C. de prob. n. 4.* item per Instrumenta, quæ probationes indubitatæ appellantur, *l. 11. C. de fid. Instrum. per jurandum, l. 1. ff. de jurejur. l. in bonæ fidei 3. C. de reb. cred. per confessionem, quæ est probata probatio, Mascard. vol. 1. quest. 7. n. 3. & seq. & confessus habetur pro judicato, l. 1. l. certum 6. §. sed etsi 2. ff. de confess. l. unic. C. de Confess. l. 25. §. fin. ff. de prob. l. generaliter 13. C. de non numer. pecun. per rei evidentiam, Bald. ad rubr. C. de prob. tit. Spec. tit. de prob. §. videndum, per Præsumptionem justam & Famam. Mascard. *vol. 1. quest. 4. n. 15.* Farinac. *lib. 1. quest. 36. n. 17.* Gothofred. *ad rubr. ff. de prob.* (f) Semiplena probatio fit per unum testem omni exceptione majorem. Myns. *obs. 68.* Ratio hujus talis dari potest, si duo testes plenam faciunt probationem, testis unus semiplenè probabit. Mascard. *vol. 1. quest. 12. n. 2.* Per Instrumentum privatum. Bald. *in l. 2. n. 11. C. de Edend. Idem ad rubr. C. de fid. Instrum. Gail. 2. obs. 20. n. 2* per comparationem literarum, Ratio-*

Rationes, Confessionem extrajudicalem. *Sich. ad rubr. C. de prob. n. 5. Mascard. d. quest. 4. in fin.* Annnumeratur etiam his communis Doctorum opinio, quam probabilem solummodo non necessariam in probationibus adferre auctoritatem testatur *Obrecht. d. disp. 1. th. 57.* cum forsitan unius & deterioris sententia & multas & majores in aliqua parte superare possit, ut inquit Imperator Justinianus, in *l. 1. §. sed neq. C. de veter. jur. Enucleand. (g) Wefenb. in par. h. t. n. 4.*

III.

Causa inducens probationem ipse est Judex, cui probatio facienda est, (a) qui per sententiam interlocutoriam hoc probationis onus vel Actori (b) vel Reo (c) imponit, ut quod quilibet vel agendo vel excipiendo pro intentionis suæ fundamento in iudicium deduxit, legitimis & idoneis probationibus demonstret.

(a) *c. licet 9. ext. de probat. l. quinta 12. ff. de probat. l. 3. ff. de testib. Barth. & Bald. in l. à producente C. de dilation. Wefenb. in par. de prob. n. 5.* Sine enim hujus decreto probatio nulla fieri debet. *Wefenb. d. n. 5.* (b) Quia ei qui agit, vel dicit incumbit probatio, *l. 2. §. 6. 21. 22. & passim per tot. tit. ff. de probat. l. 1. 2. l. actor. 23. & tot. tit. C. eod. Nov. 8. c. 8. Mascard. de prob. vol. 1. quest. 17. n. 1. Idem vol. 1. conclus. 36. n. 5. & conclus. 78. n. 1. & vol. 3. conclus. 1171. n. 27. Fachin. lib. 7. c. 59. Donell. lib. 25. ad l. 1. C. de prob. & ad Authent. si testis C. h. t. Boer. decis. 344. n. 9. Vigel. in method. Jur. Civ. lib. 2. c. 17. & in method. Jur. controv. lib. 2. c. 9. reg. 5. Rosbach. in proc. Judic. tit. 53. n. 10. Wefenb. in par. h. t. n. 6. Treutl. vol. 2. disp. 4. th. 3. quod adeò verum est, ut quamvis actor apertè confiteatur se allegata idoneis probationibus satis demonstrare non posse, Reus tamen ob id ad probandam suam negationem cogi haut queat, cum per rerum naturam factum negantis probatio nulla sit, *l. actor. 23. C. de prob. nisi 1. Præsumptio sit pro affirmante, tum enim neganti incumbit probatio, l. 25. in pr. ff. de prob. l. 24. §. 8. ff. de fideicom. libert. Donell. lib. 25. ad l. 1. C. de prob. Azo. in sum. ad rubr. C. eod. n. 6. Vigel. in method. Jur. controv. lib. 2. c. 9. reg. 5. 2. Nisi neget quis alteri Jus competere aut**

aut hoc vel illud jure factum esse, l. 5. l. in exceptionibus 19. §. sed et si
2. ff. de prob. Vigel. in method. jur. Civ. lib. 2. c. 17. & in method. jur. con-
trov. lib. 2. c. 9. reg. 5. 3. Nisi jam negantis propria præcesserit
confessio, l. 2. §. 1. C. de quadr. præscript. Vigel. in method. jur. Civ. d. c.
17. cum legib. ibi allegatis. 4. Nisi probata intentione affirmantis
reus etiam ad probationem contrariam se offerat, l. 9. C. de except.
5. Nisi Instrumentum ad probandum productum arguatur fal-
sum, cum hoc casu ad utrumque tam affirmantem quam negan-
tem probationis onus devolvatur, l. fin. C. ad l. Cornel. de fals. quod
& in aliis gravioribus criminibus observari constat ex l. ult. in
fin. C. de abolition. (c) Qui suam Exceptionem probare debet,
quia agere etiam is videtur, qui Exceptione utitur & Reus in
Exceptionibus partibus Actoris fungitur, l. 1. ff. de except. l. 9. ff. de
prob. Mascard. de probat. vol. 1. quest. 17. n. 4. & seq. Donell. lib. 25. ad
l. 1. C. h. t. ideoque etiam merito veluti actor intentionem suam
probare tenetur, l. 9. 12. 18. §. 1. l. 19. 25. ff. h. t. l. 19. C. h. t. Bart. in l.
in illa. & in l. stipulatus ff. de verb. oblig. Mascard. d. quest. 17. n. 3. & seq.
& conclus. 254. n. 7. Item vol. 2. conclus. 685. n. 1. Donell. lib. 25. ad l. 1. C.
h. t. Sich. ad l. 1. n. 1. C. h. t. Vigel. in method. jur. Civ. d. c. 17. Wesenb.
in par. h. t. n. 6. Treutl. vol. 2. disp. 4. th. 4. Si tamen huic exceptioni
affirmatio quædam sit inclusa. Obrecht. disp. de prob. 2. tb. 23.
Treutl. vol. 2. disp. d. 4. th. 4. tit. B. non verò simplex & nuda sit nega-
tio, l. ad severatio 10. l. si ex cautione 3. C. de non num. pecun. Donell. lib.
25. ad l. 23. C. h. t. Vigel. in method. jur. Civ. lib. 2. d. c. 17. Is enim qui in-
tendit non verò qui simpliciter & nudè adversarii intencio-
nè negat probare debet, Meyer. in colleg. Argent. de prob. n. 7. Prius-
quam autem Reus ad probandam hanc suam exceptionem
compelli potest, actor actionem suam in judicium deductam
probare debet, l. 2. l. exception. in 19. C. h. t. l. 4. C. de edend. l. siquidem
9. C. de except. Bald. in l. exceptionem C. de probat. Spec. de prob. §. 1.
v. 11. n. 17. Duaren. ad tit. ff. de probat. c. ult. Azc. in sum. ad rubric. C. de
prob. n. 18. Mascard. d. quest. 17. n. 11. & n. 31. & conclus. 37. n. 2. & vol. 3. con-
clus. 1247. n. 6. Vigel. in method. jur. Civ. d. c. 17. & in method. jur. contro-
v. lib. 2. c. 9. reg. 9. Obrecht. disp. de prob. 4. th. 50. Rosbach. d. tit. 53. n. 12.
Ideo quoque Reus suam allegans Exceptionem semper in-
telli-

telligitur hoc facere sub conditione si actor institutam suam actionem probaverit, Mascard. d. conclus. 37. n. 4. Exceptis tamen quæstionibus præjudicialibus, in quibus prius admittuntur probationes rei, Spec. de prob. §. pro re. n. 17. in fin. Mascard. d. conclus. 37. n. 14.

IV.

Materia probationis, quid nempe probari debeat, consistit in quæstionibus Juris (a) & Facti (b). Facti autem quæstiones non simpliciter omnes (c) neque supervacaneæ & inutiles, sed eæ solummodo, quæ litem seu actionem coram iudice competente institutam, instruere possunt, probandæ sunt. (d)

(a) Omne enim id de quo iudicium constituitur vel Juris quid vel facti in se continet, & cum adversarius utrumque negare possit, probatio requiritur, Obrecht. disp. de prob. 1. th. 24. & seq. Duaren. ad tit. ff. de prob. c. 1. Treutl. vol. 2. disp. 4. th. 5. Definitiones autem harum quæstionum vid. supra th. 2. lit. A. & B. (b) L. quoties 18. §. 1. & passim tot. tit. ff. de prob. Wesenb. in par. h. r. n. 7. Treutl. d. disp. 4. th. 5. (c) Facta enim notoria non indigent probatione, Arg. l. 1. §. ult. ff. de dot. præleg. l. 137. §. 2. in fin. ff. de verb. oblig. gloss. in l. si cives. C. de appellat. & in l. 1. C. qui & ad advers. quos. Bald. in l. si vero §. qui pro rei qualitate ff. qui situdat. cog. & in l. emptorem ff. de action. empt. & in l. ea quidem 17. C. de accusat. Mascard. de prob. vol. 1. quæst. 2. n. 21. & conclus. 78. n. 5. & vol. 3. conclus. 1107. n. 1. Boer. decis. 156. n. 24. Vigel. in method. Jur. contro. lib. 2. c. 9. reg. 3. Gail. 1. observ. 31. Wesenb. in par. h. tit. n. 2. & 7. Et quæstiones notoriæ dicuntur probationes probatæ, Bald. in l. 1. C. quom. & quand. jud. & in l. ci. ves C. de appell. allegari tamen debent, Dd. in l. 7. de accusat. Bart. in l. ci. ves C. de appell. Mynsing. 6. obs. 3. Treutler. d. disp. 4. th. 1. lit. C. (d) l. ad probationem 21. C. h. r. Spec. tit. de prob. §. nunc videndum n. 1. & in tit. de teste §. qualiter autem num. 1. Azo. in sum. ad rubr. C. h. r. n. 16. Mascard. d. quæst. 2. n. 27. & quæst. 17. n. 16. & n. 24. & seq. Rosbach. in proc. Judic. tit. 53. n. 14. Wesenb. in par. h. t. n. 7. Impertinentes enim Iudex ex officio rejicere potest & debet, Spec. tit. de

B teste



este §. qualiter n. 1. & seq. Wesenbec: in par. h. t. num. 7. Treutler:
d. disp. 4. th. 5.

V.

Vidimus hætenus quis, & quid probare debeat, sequitur quando probatio facienda sit. Vbi sciendum nullam probationem ante litem contestatam esse admittendam (a) præterquam in Exceptionibus dilatoriis (b) & peremptoriis privilegiatis; (c) item cum probatio sit ad æternam rei memoriam. (d) Facienda autem est intra terminum perficiendæ probationi præstitutum. (e)

(a) *101. tit. ext. ut lit. non contest.* Wesenb. in par. h. t. n. 9. Treutl. vol. 2. disp. 4. th. 6. fit enim probatio de re controversa & litigiosa, ut *supr. in th. 1. lit. B.* ostendimus, litem autem principium & fundamentum ipsa litem est contestatio, arg. h. t. *C. de lit. contest.* Myrf. i. obs. in pr. Gail. i. obs. 75. n. 1. ita ut ante litem contestationem iudicium nullum sit, Donell. lib. 23. c. 1. & lib. 28. c. 1. Probatio igitur cum actus sit Judicialis, l. cum precibus 18. C. h. t. Wesenb. in par. h. t. n. 2. non precedere sed sequi ipsam litem contestationem debet. (b) Bart. in l. 52. in pr. de iudic. hæ enim iudicium & per consequens ipsam etiam probationem, quæ iudicio per litem contestationem constituto, demum fieri debent, ut *supra lit. A.* est demonstratum, impediunt, Sich. ad l. 19. n. 3. C. h. t. Wesenb. in par. de Except. n. 10. quales sunt Exceptio rei Judicæ, transactionis, Jurisjurandi, præscriptionis & aliæ, Wesenb. d. n. 10. (c) Quæ itidem cum ad iudicium impediendum objiciantur, merito quoque extemporaneam probationem requirunt, Bart. in l. sim. num. 3. ff. pro suo. Sich. ad d. l. 19. n. 3. C. de prob. Treutl. d. disp. 4. th. 6. (d) Sic enim probationes admittuntur, etiam si reus nondum possit conveniri, multo minus litem sit contestata, Gail. i. obs. 92. Wesenb. in par. h. t. n. 9. (e) Quæ pro varietate & circumstantia temporis locique decernitur, l. 1. l. nec de statu 7. C. de dilat. ut plurimum tamen spatium septimanarum sex præfiniri solet, Wesenb. in par. h. t. n. 8. Treutler. d. disp. 4. th. 6. lit. D. nonnunquam

quam etiam nullo certo præfinito termino probationes admittuntur, modo nemo termini omiſſi exceptionem objiciat, Bart. Bald. in l. fin. ff. de feriis. Franc. Viv. lib. 2. decis. 235. n. 2. Marant. in spec. aur. tit. de dilat. n. 13. Wesenb. in par. h. r. n. 8. in fin.

VI.

Sic autem productæ probationes debent esse conformes libello, concludentes & certæ (a) maximè in criminalibus, ubi probationes requiruntur exactissimæ & luce meridiana clariores, (b)

(a) l. matrem. 17. l. ad probationem 22. C. h. r. Wesenb. in par. h. r. n. 3. Treurl. vol. 2. disp. 4. rh. 7. cum legibus ibi allegatis, sub lit. A. Aliæ non relevant probantem, Marant. in spec. aur. tit. de test. product. n. 72. Franc. Viv. lib. 2. decis. 348. n. 1. & lib. 3. decis. 429. n. 14. Gail. 2. obs. 13. n. 5. sed potius probationes ejusmodi dubiæ interpretandæ sunt contra producentem, Marant. in spec. aur. tit. de confess. n. 32.

(b) Quæ scilicet munitæ sunt idoneis testibus, vel instructæ apertissimis instrumentis, vel indiciis ad probationem indubitatis, & luce clarioribus expeditæ, l. ult. C. de prob. arg. l. qui sententiam 16. C. de pæn. l. ubi 22. C. ad l. Cornel. de fals. Bald. in l. 1. C. de reb. cred. & in l. prescriptione C. si contra jus vel util. public. Spec. tit. de test. §. nunc tractemus in fin. n. 6. Mascard. de prob. vol. 1. conclus. 13. n. 10. & conclus. 34. n. 3. conclus. 36. n. 35. conclus. 165. n. 4. & vol. 2. conclus. 564. n. 25. conclus. 739. n. 2. conclus. 754. n. 2. conclus. 856. n. 26. Item vol. 3. conclus. 1155. n. 12. conclus. 1304. n. 2. Boer. decis. 288. n. 2. Schneidevv. lib. Instit. 4. tit. 18. n. 10. lit. D. Myns. 5. observ. 33. Rosbach. in proc. judic. tit. 53. n. 22. & probationes quæ in civilibus habentur pro idoneis, non sufficere in criminalibus, expressè statuit Bart. in l. 2. §. hoc edict. in fin. ff. vi bonor. raptor. Mascard. conclus. 34. n. 2. & conclus. 459. n. 14. magis enim consulendum est his quibus majus periculum intenditur, l. 1. §. sed etsi 5. ff. de Carbon. Edict.

VII.

Finis probationum est ut per eas Judici de re in judicium deducta fides fiat, (a) Effectus earum in eo consistit,

B 2

fistit,

fistit, ut actore probante intentionem suam, reus condemnatur, eo autem non probante reus absolvatur. (b)

(a) Welenb. in p. 11. h. t. n. 10. hic enim confirmare debet animi sui motum ex argumentis & testimoniis, quæ rei aptiora, & vero proximiora esse deprehenderit, nec ad multitudinem respicere debet, sed ad sinceram testimoniorum fidem & testimonia, quibus lux veritatis adfistit, ut habet l. ob carmen 21. §. fin. l. 3. §. 2. ff. de testib. l. 79. §. 1. ff. de judic. l. 13. ff. de probat. l. 6. §. 4. ff. si quis omissa causa testamenti l. 40. ff. ad l. Aquil. l. 13. §. 2. C. de judic. l. 6. C. solut. matrim. Novell. 125. cap. 1. (b) l. 14. l. 19. ff. h. t. l. 1. 2. C. cod. l. 9. C. de oblig. & action. l. 9. C. de Except. l. 4. C. de Edend. Mascard. vol. 1. quest. 17. n. 1. & conclus. 36. num. 1. n. 23. Idem vol. 2. conclus. 852. n. 15. Vigel. in method. jur. civ. lib. 2. cap. 17. & in method. jur. controvers. lib. 2. cap. 9. reg. 12. Treutler. d. disp. 4. th. 8. adeò, ut etiam si reus ad probationem sese ultrò obtulisset, nihil tamen hoc ei noceat, si fortè in probatione succumberet, gl. in l. 14. ff. h. t. Mascard. de conclus. 36. n. 37. Treutl. d. disp. 4. th. 8. lit. B. quod si autem destitutam semel actionem actor postea ex repertis fortè novis probationibus reassumere velit, id ei non conceditur, nisi ob defectum probationis eam pertexere non potuerit, non etiam si vel ob contrariam probationem vel purgationem reus ab instantia legitime absolutus sit, Treutl. d. disp. 4. th. 8.

IIX.

Absolutis jam iis quæ ad generalem probationis cognitionem facere videbantur, sequitur jam tractatio specialis, de veris probandi modis & speciebus, quæ sunt Instrumenta & Testes. (a) Est autem propriè Instrumentum (b) scriptura à publica persona confecta, (c) quæ sine alio adminiculo fidem in judicio facit. (d)

(a) Duaren, ad tit. C. de prob. c. 2. in fin. Donell. lib. 25. ad rubr. C. h. t. Rittershus. in Nov. part. 9. c. 21. n. 3. & c. 22. n. 1. (b) Cujus significatio alioqui in hac probationum materia sumitur quatuor modis: 1. Latè pro quocunque documento quo causa instruitur & Judici de ea fides fit, ita ut non solum scripturam, sed & testes

testes contineat, *l. 4. de testib. cog. l. 1. ff. de fid. Instrum. Bart. in rubric. ff. eod. & in l. 1. §. editionis n. 2. ff. de Edend. & in l. 99. ff. de V. S. Mascard. de prob. vol. 1. quest. 6. n. 102. Sich. in l. 5. n. 2. C. de prob. Goedd. in d. l. 99. ff. de V. S. Vigel. in method. Jur. Civ. lib. 2. c. 18. & in method. Jur. controv. lib. 2. c. 12. reg. 1. Schneid. in rubric. proem. Institut. n. 2. Rosbach. in proc. Judic. tit. 62. n. 1. Wefenb. in par. de prob. n. 1. Treutl. vol. 2. disp. 5. th. 1. lit. A. 2. Angustè pro scriptura tantum quæ fidem rei facit. *l. 65. ff. de judic. l. 1. C. de dilation. Bart. in l. Labeo. ff. de suppellect. legat. & hoc modo accipitur in statutis, Wefenb. in par. de fid. Instrum. n. 1. Rittershus. in Nov. part. 9. c. 24. n. 4. 3. Angustius pro ea sola scriptura, quæ continet aliquam conventionem, *l. 19. C. de transact. l. 1. §. 2. ff. de Edend. l. 1. C. de jurejur. propt. calumn. dand. Rittershus. in Nov. part. 9. d. c. 24. n. 4. Wefenb. in par. h. r. (c) Duaren. ad tit. C. de fid. Instrum. c. 2. Rittershus. d. c. 24. n. 5. Wefenb. in par. de prob. n. 1. constat autem hic loqui Dd. in hac definitione de Instrumento publico. (d) Dicitur enim probata probatio non probanda, & veritas apparens, Bald. in l. quotiens. C. de judic. & in l. fin. C. de Usur. pup. Franc. Viv. lib. 1. decis. 5. n. 10. & decis. 11. n. 17.***

IX.

Instrumentum autem est duplex, Publicum (a) & Privatum. (b) Illud cum plenam Judici fidem faciat (c) propriissimè instrumentum dicitur (d) & communiter quinq; sub se comprehendit species; (e) Hoc definitur, quod sit scriptura autoritate privata confecta à persona privata (f). Iterumque subdividi potest in Privatum & quasi Publicum. Illud sufficienter non probat, Hoc plenam judici fidem facit. (g)

(a) Hujus definitionem vid. *supr. th. 8.* (Hoc autem nec testibus eget, *l. 19. C. de testam. nec subscriptionem ullam contrahentium vel testium requirit, sed sufficit subscriptio notarii, nisi ubi lex disertè partium subscriptionem exigit, l. in donat. 31. C. de donat. l. hac. consultissima 21. C. de testam. nec etiam testibus ejusmodi Instrumenta everti possunt, cum iis sint potiora, l. census 10. ff. de probat.*

B 3

de probat.



de prob. l. in donat. 31. C. de don. Bald. in l. si que. 22. C. de Episc. & Cler. sed
valeret absq; ulla solennitate cum omnē solennitate superet, id quod
apud acta fit, l. omnium 19. C. de test. Wes. in par. h. t. n. 5. Meyer. in Colleg.
Argent. de fid. Instrum. n. 10. (b) l. scripturas u. C. qui potior. in pign. Duar.
ad tit. C. de fid. Instrum. c. 2. Donell. ad l. 15. C. cod. Schnei. in rubr. proem.
Inst. n. 2. Treutl. vol. 2. disp. 5. th. 1. Wes. in par. h. t. n. 2. Rittersh. ad Nov.
part. 9. tit. 24. n. 6. Constituunt hic quidam tertium Instrumenti
genus, medium scilicet inter Publicum & Privatum, quod Fo-
rense appellant (Rittersh. quasi publicum vocat, in com. ad Nov. part.
6. 24. n. 12.) quale dicitur quod publice per tabularios confectum
est, Donell. ad d. l. 15. C. de fid. Instrum. Rittersh. d. c. 24. n. 12. Differt a
hoc Instrumentum Forense à Publico, quod ad confectionem
Instrumenti verè Publici, nulli requirantur testes, l. in donationib.
31. C. de donat. in Forensi a. quod per tabularios fit, aliter observa-
ri experientia docet. Altera differentia esse potest, quod merè
publica Instrumenta nullis aliis probationibus infirmari pos-
sint, l. in hac 30. C. de donat. In Forensibus a. secus fit, Donell. ad d. l.
15. C. de fid. Instrum. Rittersh. d. c. 24. A privatis a. Instrumentis dif-
ferre Forense, ex ipsa privati Instrumenti definitione constat,
cum illud à persona privata; Hoc v. à publica conficiatur, me-
dium igitur inter utrumq; erit. (c) d. l. in donationib. 31. C. de donat. &
inconcessam perpetuamq; firmitate obtineat, l. in hac. 30. C. de donat.
l. fin. C. de re judic. Azo. in sum. ad tit. C. de fid. Instrum. n. 2. (d) Wes. in
par. h. t. n. 1. in fin. Treutl. d. disp. 5. th. 1. (e) Secundum Wes. in par. h. t. n. 2.
1. Est Instrumentum à notario conscriptum, sive in iudicio sive
extra iudicium factum fit, Schneid. in rubr. proem. Instit. n. 2. Wes. d. loc.
2. Est scriptura sigillo aliquo publico confirmata, in qua nihil
refert, sive confecta fit à persona publica sive privata, Bald. in
rubr. C. h. t. n. 1. Covarruv. pract. quest. 22. n. 9. Rosb. in proc. judic. tit. 62.
n. 18. Treutl. d. disp. 5. th. 2. lit. A. 3. Scriptura magistratus authorita-
te publicata, quamvis per se fuerit privata, Rosbach. d. tit. 62. n. 18.
4. Scriptura quævis quæ extrahitur de archivo, aut fit apud acta
publica, l. omnium 19. C. de testam. Bald. in rub. n. 4. C. h. t. Rosb. d. tit. n. d.
5. Scriptura subscriptione testium & scribentis habens, l. scripturas
n. C. qui potior. in pign. l. contract. 17. C. h. t. Gail. 2. obs. 25. n. 9. & seq. Rosb.
d. tit. n. 18. & 25. hæc tamen proprie publica dici nequit, sed ratio-
ne so-

ne solummodo effectus pro tali habetur, Wesenb. in par. h. i. n. 2.
 Treutl. disp. 5. th. i. lit. D. (f) Duar. ad tit. C. h. t. c. 2. Schneid. lib. Instit. 3.
 tit. 20. §. item verbor. n. 7. Rosb. d. tit. n. 19. Meyer. in Colleg. Argent. h. i.
 n. 3. ad formam a. hujus requiritur. 1. Ut scriptum sit ab ipso de-
 bitore vel ejus subscriptione habeat, locus autem, tempus, & si-
 gillum scriptoris ut adjiciatur, opus non est, l. cum tabernam 34. §.
 1. ff. de pign. 2. Ut causa obligationis adjiciatur, puta ex donatio-
 ne, ex empto, & c. l. 25. §. fin. ff. de prob. l. 13. C. de non num. pec. 3. Ut ne-
 gotii qualitas explicetur. 4. Ut subscriptio testium subji-
 quorum presentia in hoc Instrumento semper desideratur, Co-
 varruv. pract. qu. 22. n. 3. (g) V. Wesenb. in par. h. i. n. 2.

X.

Privata porro Instrumenta per se sufficienter & plene non
 probant (a) si aliis adminiculis (b) destituantur, nisi cum contra-
 scribentem ipsum producantur (c). Horum autem species sunt,
 Rationes (d) Inventaria privata & registra (e) Apochæ, Antapo-
 chæ (f) literæ privatæ quales scribunt amici amicis, & c. (g).

(a) l. 5. §. 6. 7. C. de prob. l. 6. C. de test. Masc. de prob. vol. 1. cõcl. iii. Rosb. in
 proc. jud. tit. 62. n. 20. adeo ut neq; fiscus sic debitum probare possit, l.
 fin. C. de conven. fisc. debit. Duar. ad tit. C. de fid. Instr. c. 3. cum exemplo
 peritiosum sit ut ei scripturæ credatur; qua unusquisq; sibi
 adnotatione propria debitorem constituit, l. exemplo 7. C. de prob.
 Res a. mali exempli viranda sit, l. 47. ff. de judic. præsumptionem
 tamen quandam inducunt, cum non sit verisimile, quonquam
 falsam confecisse scripturam, eaq; uti Bart. in l. admonendi n. 26. ff. de
 jurej. Cov. pract. qu. 22. n. 6. (b) Adminicula hæc esse testes & jusju-
 randum, ait Obr. disp. de prob. 2. th. 88. (c) Contra hunc n. regulariter
 probant, l. Publia 26. §. ut. ff. de pos. l. generaliter 13. C. de non num. pec. l.
 non est 5. C. de Edend. Bart. in d. l. admonendi n. 34. & seq. ff. de jurej. Schn.
 in rubr. proam. Instit. n. 2. non pro scribente, d. l. 6. 7. C. de prob. Covar.
 pract. qu. 22. n. 8. Vigel. in meth. jur. civ. lib. 2. c. 17. Treut. vol. 2. disp. 5. th. 1.
 lit. E. Contra hanc tamen expressam & in jure probè funda-
 tam regulam hodiè usu invaluit, ut rationibus & libris merca-
 torum ac rei alienæ administratorum semiplene credatur,
 ut in supplementum probationis jusjurandum deferri possit,
 modo integræ famæ mercator sit, manuq; propria rationes

con-



confecerit, causam debiti, tempus & diem adjecerit, item modo data & accepta hic liber simul contineat, nec summa sit magna, Bart. in d. l. admonendi n. 27. ff. de iurejur. Gail. 2. obs. 20. n. 3. & 7. Scribis etiam mercatorum quos Buchhalter appellant, æquè ac ipsis mercatoribus fides adhibetur: Sed Diariis & Ephimeridibus mercatorum non creditur, Meyer. in Colleg. Argent. tit. de prob. n. 7. (d) l. 6. C. de prob. Covarruv. d. pract. quæst. 22. n. 8. Gothofred. ad l. i. ff. de fid. Instrum. Wesf. in par. h. t. n. 2. Treutl. d. disp. 5. th. 1. lit. E. Rationes autem sunt ultro citroq; dandi, accipiendi, credendi, obligandi, solvendi sui causa negotiationes, l. si quis 6. §. ratione 3. ff. de Edend. Ejusmodi autem rationes, quæ in bonis defuncti inveniuntur ad probationem debiti solæ non sufficiunt, l. rationes 6. C. de prob. Sed necesse est ut aliis adminiculis adjuventur. In praxi verò observari, ut Judex hæredi jurare volenti, Jusjurandum in supplementum probationis deferre teneatur, ait Obrecht. disp. de prob. 2. th. 123. (e) Gothofred. ad d. l. i. ff. b. t. Wesf. in par. h. t. n. 2. (f) Donell. ad l. 15. C. h. t. Duaren. ad tit. C. de fid. Instrum. c. 3. Azo. in summ. ad d. iit. C. de fid. Instrum. n. 16. & seqq. Vigel. in method. jur. civ. lib. 2. c. 18. (g) l. Publica. 26. §. fin. ff. de pos. Bald. ad rubr. n. 22. C. eod. Treutl. d. disp. 5. th. 1. lit. E. Sed quia supra dixi scripturam privatam contra scribentem plenè probarè, sciendum est, quod si quis eo casu sua manu scriptum agnoscere nolit, perveniendum sit ad comparisonem literarum, æquè ac in Instrumentis publicis, Azo. in summ. ad tit. C. de fid. Instrum. n. 6. Hæ tamen aliter fieri non debent, quam si literæ ex quibus comparationes fiunt trium testium subscriptione sint comprobatae, l. comparationes 20. C. h. t. & ib. Donell. Azo. in summ. ad rubr. C. h. t. n. 7. Rittersh. ad Nov. part. 9. c. 25.

XI.

Dividitur præterea Instrumentum in Authenticum seu Originale, & Exemplum seu copiam, ut vulgò vocant (a) Authenticum dicitur scriptura prima & principalis de re aliqua confecta. (b) Exemplum autem appellatur quod ex Authenticò descriptum est (c) Illud simpliciter Judici fidem facit. (d) Hoc non item (e).

(a) l.

(a) *l. quicumq;*, 2. ff. de *fid. Instrum. Auth. si quis. C. de edend. Donel.*
ad l. 25. C. h. t. Covarruv. pract. quest. 19. n. 1. Wesenb. in par. b. t. nu. 2.
 (b) *Rittersh. ad Nov. part. 9. c. 24. n. 7. Wesenb. h. t. d. n. 2. (c) Bart. in*
Auth. si quis. C. de ed. d. Bald. in l. publicati. 2. §. fin. C. de testam. Wesenb.
h. t. d. n. 2. (d) d. l. quicumq;, 2. ff. h. t. *Auth. d. si quis. C. de Edend. Rittershuf.*
d. c. 24. n. 7. Treutl. vol. 2. disp. 5. ib. 5. (e) Donel. ad. d. l. 25. C. b. t. Co-
varruv. pract. quest. 21. n. 2. Mynf. 6. obs. 73. n. 1. Rittersh. d. c. 24. n. 7. nisi
simul producatur Originale. Bart. in l. i. §. si quis in duobus. ff. de bo-
nor. poss. secund. tab. Mascard. de prob. vol. 1. conclus. 711. n. 1. Id enim no-
stris in Judiciis observari, ut Originalia & Exempla simul exhi-
beantur, & præterea petatur, ut comparatione manus & sigilli
recognitione facta, Exempla apud acta reserventur, Originalia
verò sibi restituantur, ait Rittershuf. ad Nov. part. 9. c. 24. n. 8. Ma-
rant. in spec. aur. tit. de Actor. edit. n. 3. Gail. 1. obs. 134. n. 24. Præterea
duobus concurrentibus, puta, citatione partis. Gail. 1. obs. 94. n. 2.
& in ipsa transcriptione, magistratus autoritate, plenam ejus-
modi Exemplum fidem facit. Spec. tit. de Instrum. edit. s. ostense.
Mascard. d. conclus. 711. n. 25. Mynf. 6. obs. 73. n. 4. Vel etiam si confe-
ctum Exemplum sit ejusdem notarii manu, qui Originale con-
scripsit, tum enim probationem quoque inducit. Bart. in Auth. si
quis. C. de edend. Mascard. d. conclus. 711. n. 35. Rosbach. in proc. Judic. tit.
62. n. 9. cum idem tabellio de uno negotio plura cōficere Instru-
menta possit. Mascard. d. conclus. 711. n. 36. & sic cum idem author
sit Exempli & Originalis, eadem quoq; fides debet haberi utri-
que. Bart. in l. si quis ex argenteis. 6. §. prohibet. 9. ff. de Edend. & in l. frau-
dem. s. neg. ff. de jur. fisc. Bald. in l. 2. ff. h. t. & in l. unum est testamentum.
ff. de testam. Spec. in tit. de Instrum. edit. §. 7. Idq; verum quamvis Au-
thenticum non reperitur. Mascard. d. conclus. 711. n. 37. imò Exem-
plum valet & fidem facit, quamvis ab eodem tabellione non sit
confectum modò subscriptionem ejusdem habeat. Mascard.
d. conclus. 711. n. 38. & conclus. 927. nu. 11. in qua tamen subscriptione
semper mentionem impedimenti facere debet, quodq; Exem-
plum cum originali convenire reperit. d. conclus. 711. n. 42. & seq.
 Vel etiam præterea Exemplum plenè probat, si à duobus aliis
 notariis, qui se illud per omnia conforme originali reperisse re-

statur, sit confectum. Rosbach. in *proc. Jud. tit. 62. n. 13.* Vel si pars
adversa nihil opponat, Exemplum valet. Mascard. *d. conclus. 711. n.*
79. Vel deniq; contra eum qui illud fieri curavit, contraq; pro-
ducentem Exemplo fides adhibetur. Bart. *in l. 2. §. si dubitetur, ff.*
quæ adm. testam. aper. & in l. fraudem. §. neq; ff. de Jur. fisci. Quod si autem
intra terminum faciendæ probationi præstitutum; Exemplum
seu copia Instrumenti Judicialiter quidem producta sit, origi-
nale autem demum post causæ conclusionem, an eo ipso con-
firmetur productio Exempli, ita ut valeat, & haberi possit, ac si
intra terminum producta fuisset, dubitatur. Affirmativam
sequuntur. Mascard. *de prob. vol. 2. conclus. 1229. nu. 66.* Treutl. *d. disp.*
5. th. s. lit. D. Rittershus. ad Nov. d. cap. 24. n. 22. Sed de his ut Exem-
plum probet instar originalis, *vid. latius Mynf. 6. obs. 73.* distinguen-
tem inter traductionem ab ipso tabellionis protocollo facien-
dam, & inter traductionem non ex ipso protocollo, sed ex ipsa
originali scriptura, jam ante à primo notario confecta, facien-
dam. Exemplo autem Exempli planè non adhibetur fides, et-
iamsi solenniter traducatur. Bald. *in l. in bonæ fidei. C. de reb. cred.*
Mynf. 6. obs. 73. n. 14. Solent etiam Notarii dividere scripturam,
in Protocollum quod dicitur summaria quædam gesti actus an-
notatio memoriæ causa facta. *Wes. in par. b. t. n. 2. Rosbach. in d.*
tit. 62. n. 7. Et in Transumptum quod ex Protocollo solenni for-
ma cum præfationibus & clausulis solennibus sumitur. Bald. *in*
rubr. n. 28. C. h. t. Wes. in par. d. n. 2. Rosbach. d. tit. 62. n. 8.

XII.

Causa Instrumenti efficiens duplex est, Remota
scilicet & Proxima. Illa est Jus Gentium, cum hoc Jure
Instrumenta inventa sint. (a) Hæc est consensus con-
trahentium (b) eorumq; subsequens petitio & rogatio,
sine qua Instrumentum privatum à Notario confici ne-
quit. (c) Item interdum Lex & Mandatum Judi-
cis. (d)

(a) Jacob. Bornit. *de Instrum. c. 5. (b) Cum regulariter Instru-*
prob.

342.

mentorū confectio actus sit voluntatis. l. cum precibus. 18. C. de prob. l. contrahitur. 4. ff. de pignor. Wefenb. in par. h. t. n. 3. (c.) gl. in Nov. 44. c. 1. Wefenb. h. t. d. n. 3. Et quidem in illis contractibus qui utriusque partis contrahentis consensum requirunt, ut sunt emptiones, venditiones, &c. ab utraq; quoq; parte rogatio fieri debet. Bald. in rubr. Nov. d. 44. n. 7. & 18. Wefenb. d. n. 3. Meyer in colleg. Argem. h. t. n. 5. (d) cum scilicet lex aut Judex Instrumentū quoddam conscribi jubent. Wefenb. in par. h. t. n. 3. Partibus autem sic consentientibus, aut Lege vel Judice mandante. Instrumenta conficiuntur à Notario qui ad hoc invitatus cogi potest. Bald. in rubr. n. 3. C. b. t. Wefenb. d. n. 3. Rosbach. in proc. Judic. tit. 62. n. 28. Est enim munus publicum, ad quod inviti coguntur. l. estimationem. 16. ff. de muner. & honor. adeo ut nec delegare hoc munus alteri possit, sed ipse instrumentum conscribere debeat. Bald. in rubr. C. h. t. Mascard. de prob. vol. 1. conclus. 4. n. 9. Covarruv. pract. quest. 21. n. 1. Rittershus. ad Nov. part. 9. c. 26. n. 5. sub pœna perjurii & privationis. Treut. vol. 2. disp. 5. th. 2. lit. E. Secus verò si fiat, Instrumentum annihilatur, quamvis ob urgentem necessitatem, veluti negotiorum multitudinem factum esset, imo quamvis ipse notarius huic instrumento per alium confecto, subscribat. Mascard. d. conclus. 4. n. 12. Diss. Covarruv. pract. quest. 21. nu. 1. quæ sententia ut æquior & humanior magis sequenda videri posset. Quæritur etiam hic: An Instrumenta à Notario confecta probent extra territorium creantis Notarios? Negativam amplectitur Mascard. vol. 2. conclus. 926. n. 1. sed in territorio creantis ubiq; probare, idem asserit. in d. concl. 926. n. 4. Si ramen extet cōsuetudo, quod Notariis universitatis alicuj. s. adhibeatur fides, extra territorium, valere hanc consuetudinē, idem testatur. d. conclus. 926. nu. 10. & 27. Instrumenta autem confecta à Notario creato ab Imperatore, vel ab habentibus potestatem creandi Notarios ab Imperatore, quales sunt comites Palatini. Spec. de procur. s. ratione. num. 1. ubique probant. Mascard. d. conclus. 926. num. 19. Gail. 2. obs. 71. num. 13. & 22. Extra autem territorium confecto Instrumento, contractus in Instrumento celebratus, propterea non vitatur. Mascard. d. conclus. 926. n. 15.

XIII.

Conficitur autem Instrumentum in quavis materia (a) sive in papyro, sive in pergameno (b) ut vocant. Et super quocunq; actu tam ultimæ voluntatis (c) quam inter vivos, tam contentiosæ Jurisdictionis (d) eam voluntariæ (e) modò disertè lege statutoq; id non sit prohibitum. (f) Confectum verò servatur apud Seniore.

(a) arg. §. nihil interest. Inst. de testam. l. i. ff. de possess. bonor. secund. tab. Welsenb. in par. h. t. n. 4. Rittersh. ad Nov. part. 9. c. 24. n. 14. (b) usita tamen communi hodiè receptum est, ut potius propter durationem in pergameno quàm in papyro, conscribantur. Spec. de Instrum. edit. §. Instrumentum ergò, & §. restat. n. 33. Mynf. i. obs. 80. Gail. i. obs. 119. n. 3. Welsenb. in par. h. t. n. 4. Treutl. vol. 2. disp. 5. th. 2. lit. G. Rittersh. ad Nov. part. 9. d. c. 24. n. 14. (c) ut in testamentis & codicillis tot. tit. D. & C. de testam. In legatis & fideicommissis, passim in tit. D. & C. de legat. & fideicom. (d) l. gesta. 6. C. de re Judic. l. i. & tot. tit. C. de sentent. ex peric. recit. l. ult. C. que res pign. l. is apud quem. 2. C. de edend. & passim in tit. D. & C. de fid. Instrum. (e) Bald. in l. provinciarum. 8. C. de servis. in d. l. is apud quem. 2. C. de Edend. in rubr. & l. contractus. 17. C. h. t. Rosbach. in proc. Judic. tit. 62. n. 29. (f) l. jubemus. 14. §. hu tabellionibus. 3. C. de SS. Eccles. Welsenb. in par. h. t. n. 4. Rosbach. d. tit. 62. n. 29. Quæri autem hic non incongruè potest, An delictum per Instrumentum probari possit? Aff. l. ult. C. de probat. Neg. Mascard. de prob. vol. 1. conclus. 499. idq; ob metum falsi. Idem vol. 1. quest. 5. n. 14. Vigel. in method. Jur. controv. lib. 2. c. 11. & c. 12. reg. 5. Gail. lib. 1. de pac. publ. c. 15. n. 13. Treutl. vol. 2. disp. 5. th. 2. lit. f. Sed notandum non simpliciter Instrumentis quibusvis productis crimina probari posse, sed tantum apertissimis, ut constat ex allegata l. ult. C. de prob. nec etiam indistinctè omnia omninò crimina probari, sed ea duntaxat, quæ per scripturam committuntur, veluti si quis falsum instrumentum confecisse arguatur, hoc enim per scripturam quoq; probari posse; dubio caret. Barr. in l. non intelligitur. §. tacita. ff. de Jur. fisc. & l. qui Senatus. ff. ad Senatus Consultum Turpil. Donel. ad d. l. ult. C. de prob. Si verò notarius contra expressam hanc dispositionem,

373.

tionem, Jurisq; prohibitionem de delicto, aut quocunque alio contractu venito Instrumentum conficit, arbitrariam Judicis pœnam incurrit, perjurus fit, ac infamiz notam subit. *Bart. in l. jubemus. l. 4. §. sanè si hoc. C. de SS. Eccles. Rosbach. d. tit. 62. n. 30.*

XIV.

Ad formam Instrumenti, quatuor Dd. requirunt, (a) 1. Facti commissionem (b) 2. Rei cognitionem (c) 3. Juris permissionem. (d) 4. Testium trium rogationem, & præsentiam. (e) Præterea etiam in Instrumentis solennes quædam requiruntur clausulæ, quæ illis communiter inferi solent, ut Invocatio Nominis Divini (f) Nomen & annus Principis regnantis (g) Indictio (h) Annus, mensis, dies (i) & locus celebrati negotii (k) subcriptio & signum Notarii (l) non etiam testium (m).

(a) *Bald. ad rubr. C. h. t. n. 15. Wesenb. in par. h. t. n. 5. (b) ut scilicet specialiter ad Instrumentum conficiendum à partibus rogetur, etsi non vocatus ultrò se obtulerit suspicionem incurrit, æquè ac testis qui se ingessit. Spec. tit. de Instrum. edit. §. breviter. Mascard. de prob. vol. 1. conclus. 4. n. 10. & n. 21. & vol. 2. conclus. 921. n. 2. Vigel. in method. Jur. contro. lib. 2. c. 12. reg. 5. Treutl. vol. 2. disput. 5. th. 2. Rosbach. in proc. Judic. tit. 62. n. 31. & seq. non enim creditur ipsi, nisi de eo quod à partibus rogatur. Mascard. vol. 2. conclus. 711. n. 3. & Notarius quoq; rogatum se in Instrumento exprimere debet. Wesenb. in par. h. t. n. 5. (c) *Nov. 44. c. 1. in pr. (d) fieri enim debere superre & negotio licito, ac à jure concessio, constat ex th. precedenti. 13. (e) Wesenb. in par. h. t. n. 5. Rosbach. d. t. 62. n. 32. (f) hæc quidè de Jure civili necessaria non est. Donel. ad l. 15. C. h. t. Covarruv. pract. quæst. 20. n. 1. Consuetudine tamen & usu jam receptum est, ut præponantur verba hæc, IN NOMINE DOMINI, vel iis æquipollentia. Vigel. in method. Jur. contro. lib. 2. c. 12. reg. 5. Treutl. d. disp. 5. th. 3. lit. 4. Si tamen negligentia notarii fortè sint omissa, non propterea statim annihilatur instrumentum. Donel. ad l. 15. C. h. t. Covar. pract. quæst. 20. n. 1. Mascard. vol. 1. quæst. 6. n. 81. Rosbach. d. tit.**

62. n. 5. (g) Nov. 47. c. 1. Rittersh. d. c. 24. n. 40. Treutl. d. disp. 5. th. 3. (h)
 h. c. Der Römer Zinszahl. Mascard. d. quest. 6. n. 86. Schneidew. lib.
 Instit. 3. tit. 20. unim. 6. Treutl. d. dispur. 5. th. 3. (i.) Mascard. vol. 1. conclus. 4.
 nu. 25. Covarruv. d. pract. quest. 20. n. 2. Vigel. in method. Jur. controv. lib.
 2. c. 12. reg. 5. Wefenb. in par. h. t. n. 5. Rittershuf. d. c. 24. n. 40. sunt e-
 nim de substantia Instrumenti. Berous in quest. famil. 36. nu. 1. (k)
 Donel. in d. l. 15. C. h. t. Covarr. d. pract. quest. 20. n. 3. Treutl. d. disp. 5.
 th. 3. Rittersh. d. c. 24. n. 45. Et hic quidem non in genere sed in spe-
 cie declarandus est. Mascard. vol. 1. quest. 6. n. 90. Boer. decis. 32. n. 27.
 puta ut contineat in qua civitate, platea, domo contractus ce-
 lebratus sit. Rosbach. d. tit. 62. n. 5. Deinde etiam ipsa rerum ge-
 starum series est summa & proponenda, ut, quis, quid, cui, & ex
 qua causa debeat. Vigel. in method. Jur. controv. d. c. 12. reg. 5. Ros-
 bach. d. tit. 62. n. 5. (l) Spec. in tit. de Instrum. edit. §. 1. Mascardus d.
 quest. 6. n. 9. & seq. Covarruv. pract. quest. 20. n. 5. Boer. decis. 36. nu. 18.
 Gail. 2. obs. 43. n. 3. Wefenb. in par. h. t. n. 5. Rittersh. d. c. 24. n. 46. (m) aut
 contrahentium Wefenb. in par. h. t. n. 5. Treutl. d. disp. 5. th. 3. nisi
 eam lex expressè requirat, ut fit in l. 21. C. de testam. & in l. 31. C. de
 donat. in ipso tamen instrumento testium præsentium nomina
 sunt adscribenda. l. ult. C. si cert. pet. Nov. 73. c. 5. Mascard. d. conclus.
 4. n. 26. & quest. 5. n. 89. Donel. ad. d. l. 15. C. h. t. Covarru. d. pract. quest.
 20. n. 4. Vigel. in method. Jur. Civ. lib. 2. c. 18. Rosbach. d. tit. 62. nu. 5.
 duo autem testes præter tabellionem sufficiant. Nov. d. 73. c. 7. §.
 1. l. 12. ff. de testib. Sich. ad. l. 15. C. h. t. Illud generaliter hic notandum;
 Instrumentum omne conscribi debere secundum consuetudin-
 em cujusq; loci, in quo conficitur. arg. l. si primus. §. rectè placuit. ff. de
 ag. plur. arcend. Mascard. d. conclus. 4. n. 20.

XV.

Confectum jam sic Instrumentum stricti Juris est,
 ideoque etiam strictam & non extraneam recipit inter-
 pretationem. (a) Et regulariter post litem contestatam
 demum (b) producitur, usq; ad causæ conclusionem, (c)
 nisi fortè in libello injiciatur mentio Instrumenti, tum
 enim cum ipso libello statim produci debet. (d) Ad pro-
 ductionem autem citari pars adversa debet. (e)

(a) Ne

(4) Nec juvat producentem, nisi expressè loquatur de eo, aut auctore illius, cui producens fortè successit. *l. ad probationem. 21. C. de probat. l. 4. C. si quis alteri vel sib. Bart. in l. admonendi. n. 32. ff. de iurejur. Bald. in d. l. ad probationem. 21. C. de probat. & in l. lecta. 40. ff. de cert. pet. Vigel. in method. Jur. civ. lib. 2. c. 18. Obrecht. disp. de prob. 3. th. 173. Treutl. vol. 2. disp. 5. th. 5. lit. H. Wesenb. in par. h. t. n. 17. Utq; nulli alii quam quem tenor scripturæ designat, prodest, pariter etiam nulli alii obest. Bald. in auth. si quis in aliquo. C. de Edend. Franc. Viv. decis. 342. n. 7. Vigel. in method. Jur. controv. lib. 2. c. 12. reg. 5. Wes. in par. h. t. d. n. 7. nisi instrumenta admodum sint antiqua, hæc enim in præjudicium quoq; tertii probare, ait Gail. 2. obs. 37. n. 12. Obiter observandum hic, quod licet generali instrumentorum appellatione etiã testes veniant, ut videre est supra in th. 3. lit. B. statutum tamen mentionem faciens Instrumentorum non extendatur ad testes. Bart. in l. notionem. 99. §. Instrumentorum. ff. de V. S. Wes. in par. h. t. n. 1. quod enim in materia stricta dispositum est de aliquo, non procedit in eo, quod habetur pro tali, inquit Masc. de prob. vol. 1. q. 6. nu. 117. sic pœna decreta in statuto illis qui falsã instrumenta producunt, non obtinet in producente falsos testes. Mascard. d. quest. 6. n. 113. Treutl. d. disput. 5. th. 1. lit. B. cum in statutis verba sint propriè accipienda. Bart. in l. quicquid astringenda. 99. n. 6. ff. de verb. obligat. Bald. in l. 3. C. de noxal. action. Treutl. d. disp. 5. th. 1. lit. B. Sic etiam dato termino ad producendum Instrumentũ non possunt produci testes. Spec. in tit. de dilat. §. videndum. Mascard. d. quest. 6. n. 112. (b) Spec. in tit. de Instrum. edit. §. nunc dicamus. Donel. lib. 23. c. 6. n. 10. Wesenb. in par. h. t. n. 5. Treutl. d. disput. 5. th. 4. veluti etiam in omnibus reliquis probationib; observari dixi supra th. 5. (c) Spec. in d. §. nunc dicamus. Mascard. d. quest. 6. nu. 130. & nu. 135. Marant. in spec. aar. tit. de Instrum. prod. nu. 47. Franc. Viv. decis. 235. nu. 1. Myns. 2. obs. 53. non vero ultra. Bart. in l. si mater. §. eam rem. ff. de Except. rei judic. & in l. admonendi. ff. de iurejur. Mascard. de prob. volum. 2. concl. 925. n. 1. nisi Judex ex officio procedere ulterio remq; probationẽ concedere velit. Gail. 1. obs. 107. n. 5. Myns. 6. obs. 56. nu. 7. aut sit in causa illius, cui competit beneficium in integrum restitutionis, ut minoris, Ecclesiæ, &c. Mascard. d. q. 6. n. 141. & seq. & vol. 2. conclus.*

925. n.

925. n. 30. aut causa sit criminalis. arg. l. Divi fratres. 27. & ib. Bart. ff. de pen. Gail. d. obs. 107. n. 11. Mynf. d. obs. 56. n. 8. vel matrimonialis, quæ criminali comparatur. Gail. d. obs. 107. n. 12. aut nisi recenter inventa sint instrumenta. Mascard. d. conclus. 925. n. 7. & n. 13. Mynf. d. obs. 56. n. 9. & cent. 2. obs. 53. Gail. d. obs. 107. n. 10. recenter autem inventa esse probatur juramento reperientis. Mascard. vol. 2. conclus. 909. n. 14. & conclus. 953. n. 7. aut ad declarationem prioris probationis instrumenta post causæ conclusionem producta fuerint. Mynf. d. obs. 56. n. 4. aut ea productio parte præsentis, & non contradicente facta sit. Mascard. d. conclus. 925. n. 17. plures autem casus, in quibus post causæ conclusionem instrumenta admittuntur, vid. apud Gail. d. obs. 107. & remissivè Mynf. d. obs. 56. n. 16. Sicque hæc per instrumenta probatio non est alligata ad terminum, nisi à iudice expressè tempus sit determinatum intra quod partes omnia sua Instrumenta producere debeant. Spec. tit. de Instrum. edit. s. nunc dicamus. w. ef. in par. h. t. n. 5. (d) V. ef. in par. h. t. d. n. 5. Eiusmodi autem Instrumentum non probare, nisi post litem contestatam in vim probandi repetatur, statuit Mynf. 2. obs. 53. (e) l. Judices. 18. C. h. t. Bald. in l. si quando. in fin. C. de testib. Mascard. vol. 2. conclus. 927. n. 5. Vigel. in method. iur. controv. lib. 2. c. 12. reg. 5. Omnium etiam Instrumentorum copia petente adversario communicanda est, non tam in gratiam litigantium quàm ipsorum iudicum, ne allegationibus falsis decipiantur. Rosbach. d. tit. 62. n. 35.

XVI.

Finis Instrumenti ipsa est probatio, cum scripturæ ideo fiât, ut quod actum est per eas facilius probari possit. (a) Effectus horum est, quod iudicem de re controversa instruunt, isque secundum ea vel absolvat reum vel condemnet. (b) Illud etiam observandum, amissionem instrumenti non nocere parti (c) modò aliundè de re constet. (d)

(a) l. in re. 4. ff. h. t. l. contrahitur. 4. ff. de pignor. l. 12. ff. de prob. Vigel. in method. iur. civ. lib. 2. cap. 18. (b) pro instrumento enim præsumitur

mitur semper donec probatur contrarium. *l. 14. in fin. C. d. contrab. stip. l. 16. C. de donat. int. vir. & uxor. l. 4. C. de Jur. & facti ignor. l. sciendum. 3. ff. de V. oblig. l. cum precibus. 18. C. de prob. unde duplex ex omni instrumento oritur præsumtio, una veritatis, quod sit verum, altera solennitatis, quod sit solenne. Bald. in *l. C. de testib. Mascard. de prob. vol. 2. conclus. 905. n. 5. Wesenb. in par. b. t. n. 6. Treutl. vol. 2. disp. 5. Rosbach. in proc. Indic. tit. 62. n. 28.* nunquam tamen instrumentum vim sententiæ habet, sed tantum probationis, & hinc etiam nec exceptionem paratam habet, ut sententia, nisi id ita inter partes per pactioem convenerit, vel consuetudine aut statuto introductum sit, Bald. in *l. 1. & 2. C. de Except. rei Judic.* & tunc hæc instrumenta vocantur Guarentigionata. Bart. in *l. si quis. C. de pos. Wesenb. in par. b. t. n. 6.* nullo tamen instrumentum hanc probandi vim habet, nisi plane sit completum. Mascard. *vol. 1. conclus. 4. n. 3.* Quia autem de effectu instrumentorum hic agitur, non absurdè queritur: quænam probatio potior sit, an ea quæ sit per instrumenta, vel ea quæ sit per testes? & Respondetur, certi quicquam de his non posse concludi, sed in quibusdā instrumenta in quibusdā v. testes, ut in criminalibus, esse potiores, in factis a. antiquis prævalere probationem, quæ sit per Instrumenta. Masc. *vol. 1. quest. 6. n. 15. & seq. Mynsing. 4. obs. 39. n. 6. Rosbach. d. tit. 62. n. 39.* Item si notarius, qui Instrumentum confecit, integræ famæ sit, nullasq; Instrumentum raturas habeat, testes autem illud oppugnantes sint vilissimi, Instrumentum testibus præfertur. Mascard. *vol. 1. quest. 5. n. 63.* (c) Ejusmodi autem instrumenti amissionem allegans, tria prius probare debet. 1. Negotium seu actum, quendam esse celebratum. 2. De eo Instrumentum esse conscriptum, & deniq; 3. Illud esse deperditum & amissum. Bart. in *l. testium. n. 15. C. de testib. Mascard. vol. 2. conclus. 908. n. 1.* sed si dolo adversarii periit instrumentum, solum ultimum requisitum probatum, amissio scilicet, sufficit. *l. si de possessione. 20. C. de probat. Azo. in sum. ad tit. C. de fid. instrum. n. 15.* Amissio jam talis testibus probari potest. Meyer. in *colleg. Argent. n. 7. b. 1.* quibus deficientibus, juramento ejus, cui amissum est, creditur. *l. si**

D

postu-

postuletur. ult. §. sed si quis. 1. C. h. t. Bart. in l. cum quidam. n. 4. & 8. C. h. t. Mascard. vol. 2. conclus. 909. n. 1. Gail. 2. obs. 37. n. 2. Treutl. d. disp. 5. th. 5. lit. G. si tamen de modico præjudicio agitur, secus si de magno. d. conclus. 909. n. 7. Gail. d. obs. 37. n. 3. Probata jam Instrumentorum amissione, veritas etiam & tenor scripturæ amissæ probanda venit, quod testibus fieri potest. Treutl. d. disp. 5. th. 5. lit. G. etiam per duos tantum. Batt. in l. 1. n. 27. ff. si cert. pet. & in l. 2. §. Divus ff. de jur. ffsi. & in l. sicut iniquum. C. h. t. Azo. in sum. ad tit. C. de fid. instrum. n. 15. Mascard. vol. 2. conclus. 908. n. 2. Testes autem hi tria probare debent. 1. Se scire apud creditorem instrumentum fuisse. 2. Ejus tenorem se vel legisse, vel debitorem approbantem audisse. 3. Id scriptum fuisse ab ipso debitore, vel alio ejus mandatu. Hill. g. in Donell enucleat. lib. 25. c. 8. lit. A. Requiritur autem ad instrumenti ita amissi tenorem probandum, ut testes hi ipsi legere, scripturamque intell. gere sciant. Bart. in d. l. 1. n. 27. ff. si cert. pet. & in l. 2. §. 1. ff. de jur. ffsi. Mascard. d. conclus. 908. n. 8. (d) l. 1. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. C. h. t. Rittershul. ad Nov. part. 9. c. 24. n. 24. Treutl. d. disp. 5. th. 5.

XVII.

Contraria Instrumentorum seu exceptiones, quæ eis obijci possunt, variæ sunt, puta quod à nõ idoneo Notario sit conscriptum (a) quod sit diversum à protocollo, quod in forma ejus sit peccatum, & ex solennibus aliquid ommissum (b) quod sibi ipsi contrarium, (c) quod falsum, (d) rasum, cancellatum, innovatum, deletum, (e) non legitimè signatum, (f) quod contra voluntatem alterius ei quid insertum. &c. (g)

(a) l. si quis. 21. C. ad l. Cornel. de fals. Spec. de Instrum. §. Instrumentum. n. 1. Wesenb. in par. h. t. n. 8. & cum instrumentum confectum ab eo qui negatur esse notarius, plane nullam fidem faciat, nisi prius probeatur ipsum esse notarium. Mascard. de prob. vol. 1. conclus. 90. n. 2. probatio hæc incumbit producenti instrumentum. Mascard. d. conclus. 910. n. 6. Boer. decis. 36. n. 10. nisi tamen instrumenta sint antiqua, nam in his illam de notariatu

326.

riatu probationē necessariam non esse, testatur idem Mascard.
d. conclus. 910 n. 3. Boer. d. conclus. 36. n. 10. Plura autem de hisce,
quatenus ex persona notarii rejici instrumentum possit. vid. apud
Covarr. *pract. quest. 19.* (b) *l. cum hi. 8. §. si Prator. 17. §. 16.*
Gothofred ff. de transact. l. Divus Antoninus. 7. ff. de in integr. restit. l.
contractus. 17. C. h. t. l. ult. §. ut. C. si cert. pet. Spec. tit. de instrum.
edit. §. repet. in pr. Wes. in par. b. t. n. 8. ut si testes non interve-
nerint, vel subscriptiones omisæ fuerint. Rosbach. *in proc. Ju-*
dic. tit. 63. n. 1. (c) contrarietas enim omnem instrumentis fi-
dem derogat. *l. scriptura. 14. C. h. t. Wes. in par. de prob. n. 13. §. b.*
t. n. 8. Vigel. in method. jur. Civ. lib. 2. c. 18. §. in method. jur. contro-
lib. 2. c. 12. reg. 5. Boer. decis. 252. n. 1. quod verum est etiam in ru-
sticorum & seminarum instrumentis. Sich. *ad l. 14 n. 5. C. h. t.*
si tamen hæc contraria ab una eademq; parte proferantur, secus
si à diversis, tum enim ei creditur, quem veritati consentanea
proferre verisimilius videtur. *arg. l. 13. ff. de prob. Donell. ad d. l.*
12. C. h. t. (d) *l. 2. §. 3. C. h. t. l. penult. C. de prob. Donell. ad l. ult.*
C. h. t. Wes. in par. b. t. n. 8. Falsum autem instrumentum arguitur
duplici modo. 1. Si quis scripturam falsam nec à se, nec suo
mandatu scriptam dicat, probetq; se vel adversarium suum eo
die, quo confectum est instrumentum longius abfuisse, quam
ut ejusmodi negotium illo loco contrahere potuerit. *§. 12. Inst.*
de Inutil. stipul. l. optimam. 14. C. de contrab. stipul. idq; probare de-
bet testibus totidem, quod item probarunt, aut instrumentis a-
lio in loco eodem die à Notario confectis. Hullig. in Donell. enu-
cleat. lib. 25. c. 8. aut etiam probationibus aliis deficientibus ad
comparationem literarum ultimò confugiendum est. *Nov. 73.*
c. 1. Vigel. in method. jur. contro. lib. 2. c. 12. reg. 6. 2. Instrumentū
falsum arguitur, si quis scripturam quidem non neget, aliud ta-
men scriptum quam actum esse, asseveret. Si autem falsum
est in una parte, præsumitur totum falsum. Mascard. *vol. 2. con-*
clus. 742. modò falsitas illa sit in substantialibus instrumenti,
aliàs scaus. *d. conclus. 742. n. 7. §. seq. Fachin. lib. 9. c. 59.* pluribus
enim existentibus capitulis in aliquo instrumento ab invicem
separatis, falsitas commissæ in uno non vitiat totum instrumen-

tum. Mascard. *d. conclus.* 742. n. 5. secus si capitula essent con-
nexa. Mascard. *d. conclus.* 742. n. 13. (e) l. 24 ff. de prob. l. ult.
C. de editl. D. Hadrian. toll. Spec. in tit. de instrum. §. restat videre &
S. postremo. vers. item excipitur quod est vituperatum. Wesenb. in
par. h. t. n. 8. Rosbach. in proc. Judic. tit. 63 n. 3. & rasura ista sit in
parte substantiali instrumenti. Mascard. vol. 1. *conclus.* 284. n. 2.
si enim rasura aut syllabæ mutatio ita modò facta sit, ut sensus
integer maneat, instrumento id nullum præjudicium facit. arg.
l. qui habebat. 54. ff. de manum. testam. nisi fortè in loco suspecto
ista mutatio sive rasura facta sit. c. cum olim. ext. de privileg. (f)
Wesenb. in par. h. t. n. 8. (g) l. 18. C. de prob. Vigel. in method.
jur. Civ. lib. 2. c. 18. Si autem alioqui superflua quædam in instru-
mento scripta sint, illud propterea minime viciatur. l. 32. §. 6. ff.
de aur. & argent. leg. l. 65. ff. de verb. oblig. l. 26. in fin. ff. de adimend.
legat. l. 56. ff. mandat. l. 94. ff. de R. I. l. ult. C. de donat. l. 17. C. de testam.
Præterea autem instrumento objici potest, quod error interve-
nerit. l. 92. ff. de R. J. l. 6. §. 1. ff. de Offic. Præsid. l. 2. C. de error. advoc.
Si autem notarius in instrumenti confectione erraverit, corri-
gere hunc errorem non aliter potest, quàm cognita causa per
mandatum judicis & parte citata, siquidem error hic existat in
spectantibus ad officium diligentis notarii, ut si annum Domi-
ni vel simile quid fortè omisisset. Mascard. vol. 1. *conclus.* 4. n. 6.
errorem verò vel dolum committens notarius ad interesse par-
tibus non immeritò tenetur. l. 25. ff. ad l. Cornel. de fals. & etiam
aliquando falsi pœna puniuntur. Treutl. vol. 2. *disp.* 5. ib. 3. lit. H.
plura autem de notariorum pœna vid. ap. Mynf. 6. *obs.* 65. Item
objicitur instrumento, quod non rectè productum aut publi-
catum sit. Spec. de instrum. edit. §. instrumentum. Item quod non
de producente, sed de alio loquatur instrumentum produ-
ctum. l. 21. C. de prob. Mascard. vol. 2. *conclus.* 923. n. 1. Item quod
non ipsum authenticum, sed exemplum sit productum. l. sanc-
imus 3. C. de divers. rescript. Mascard. vol. 2. *conclus.* 711. Rosbach.
d. tit. 63. n. 7. & seqq. Item quod causa debendi in eo non sit ex-
pressè, veluti ex mutuo, commodato, &c. Rosbach. *d. tit.* 63. n. 2.
Sed de ejusmodi Exceptionibus vid. latè. Vigel. in method. Jur.
civil. lib. 2. c. 12. *reg.* 5.

Alteram legitimarum probationum speciem Testes constituunt, qui scilicet eandem vim cum Instrumentis obtinent *a* Sunt autem Testes *b* qui ad fidem alicujus rei faciendam arcessuntur *c* de Jure ad idonei & habiles. *d*.

(a) *l. 15. C. de fid. instrum. Wefenb. in par. de testib. n. 1. (b)* qui dicuntur à testando seu testari, quod vocabulum duplicem hic recipit interpretationem; primò enim significat verbis alicujus confirmare; Deinde aliorum fidem & conscientiam ad rei alicujus dubiæ confirmationem implorare: Ultraq; autem hæc significatio in testibus concurrir, cum & eorum fides ac conscientia ad rei dubiæ confirmationem impleretur. *c. 1. de testib. cog. & eandem rem suo testimonio confirmant. Wefenb. in par. h. t. n. 1. Meyer. in colleg. Argent. h. t. n. 1. Refertur aliàs vocabulum testari ad testamēta seu actus ultimæ voluntaris. l. current. 22. ff. h. t. § 16. Gotthofred. vel etiam ad quosvis alios de quibus tabulæ conficiuntur. Duaren. disp. annivers. lib. 1. cap. 30. (c) Wefenb. in par. h. t. n. 1. Treutl. vol. 2. disp. 5. tb. 6. (d) nisi enim, idonei sunt, fidem non faciunt. *l. fin. C. de prob. Doncl. ad l. etiam C. de testib.* Sunt autem quidam Idonei & omni exceptione majores. *l. optimarum. 14. in fin. C. de contrab. & committ. stip. quales sunt quibus nihil omnino objici potest. Bald. in l. optimam. n. 8. C. de contrab. stipul. Mascard. de prob. vol. 3. conclus. 1360. n. 6. Farinac. lib. 2. quest. 62. n. 1. quidam verò suspecti, qui tamen propriè testes dici nequeunt. gl. in l. 2. §. Idem Labeo. 8. ff. de aqua. pluv. arcend. VVefenb. in par. h. t. n. 2. Susceptorum autem alii rursus dicuntur corrupti. *l. Divus 33. ff. de re judic. Viles. l. testium 18. C. h. t. Falsi. l. qui falsa. 13. C. h. t. l. qui falso ff. h. t. Redempti. d. l. testium. 18. C. h. t. Domestici §. In testibus. 9. Instit. de testam. l. etiam jure. 3. C. h. t. Mercenarii. l. perspicendum n. §. 1. ff. de pen. Injurati. l. jurisjurandi. 9. C. h. t. § 16. Gotthofred. Varii, contractii, vacillantes. *l. 12. ff. h. t. Singulares. c. licet 9. de prob. Intestabiles. l. ob sarmen famosum. 21. in pr. ff. h. t. VVefenb. in par. h. t. n. 2.****

Habiles autem omnes ij censentur, quibus non expressè testimonium interdicitur, vel qui non aliqua lege à dicendo testimonio excusantur, *a* Inhabiles autem sunt qui partim propter reverentiam personarum arcentur à testimonii dictione *b*) quales sunt ii, quibus imperari potest *c*) quiq; gratiam & potentiam revereri coguntur, *d*) ut Servi *e*) statu liberi *f*) liberi *g*) & qui servis annumerantur Monachi & Clerici *h*) Va'alli in causa Domini *i*) & Domestici *k*): Partim qui propter affectionem *l*) non admittuntur ad testimonium dicendum, puta, quilibet in re propria *m*), neque in re communi *n*), nec Patroni in causa in qua patrocinium præstiterunt *o*) nec Judices *p*) nec tutores, nec curatores *q*) nec procuratores, nec ii qui sunt ex universitate in causis quæ recta ad singulorum commodum aut detrimentum, *r*) Venditor in causa emptoris de re vendita *s*) donatur in causa donarii *t*) Fidejussor in causa debitoris pro quo fidejussit *u*) Socij rei controversæ & ij qui in simili controversia in judicio hærent *w*) Pauperes *x*) Affines & consanguinei *y*) Amici in causa amici *z*) Inimici *aa*) & alii.

(a) l. 1. §. 1. ff. h. t. Azo. in sum. ad tit. C. de testib. n. 2. Duaren. ad tit. C. de testib. c. 1. Donel. ad l. eriam C. h. t. Spec. de teste §. 1. n. 96. Mascard. de prob. vol. 1. conclus. 310. n. 4. & vol. 3. conclus. 1356. num. 1. Farinac. lib. 2. quest. 53. n. 1. Wesenb. in par. b. t. 3. Treutl. vol. 2. disp. 5. tb. 6. lit. C. (b) l. testium. 3. §. 5. ff. h. t. (c) l. idonei. 6. ff. h. t. Duaren. ad tit. C. de testib. c. 1. Vigel. in method. Jur. Civ. lib. 2. c. 19. & in method. Jur. contr. lib. 2. c. 13. reg. 37. (d) l. eos testes 5. C. h. t. (e) §. testes 6. Instit. de testam. ord. l. Servos. 8. & l. quoniam u. cum authent. si testis C. h. t. l. 1. §. 5. 16. 19. l. 18. §. 5. ff. de question. l. 1. C. eod. Spec. in tit. de testib. §. 1. vers. item quod est servus. Mascard. de prob. vol.

vol. 3. conclus. 1358. n. 14. Farinac. lib. 2. quest. 55. n. 165. Azo. in sum.
 ad tit. C. de testib. n. 8. Donell. ad l. quoniam 11. & d. autem. si testis
 C. b. t. Rittershus. ad Nov. part. 9. c. 22. n. 22. Wesenb. in par. h. t.
 n. 3. de facto tamen suo interrogari potest. d. l. servos 8. C. b. t. l. 58.
 §. ult. ff. de Edilit. edit. l. 15. C. de question. Mascard. d. conclus. 1358.
 n. 20. (f) Mascard. d. conclus. 1358. n. 16. sunt enim servi hære-
 dis. l. statu liberum 9. in pr. l. 16. & l. 29. in pr. ff. de statu lib. (g) pro
 vel contra patronum. Mascard. d. conclus. 1358. n. 43. Wesenb.
 in par. h. t. n. 3. (h) In causis tamen ad Ecclesiam suam spectan-
 tibus admittuntur c. 6. & 29. ext. h. t. c. 26. §. ult. de jurejur. secula-
 ribus autem negotiis omnibus abstinere debent. tot. tit. ext. ne
 monach. vel Cler. sec. & c. 2. de postul. (i) Bald. in l. libertorum.
 12. C. b. t. Mascard. vol. 3. conclus. 1357. n. 55. (k) l. etiam 3. & l. eos
 5. C. b. t. l. testes 24. ff. h. t. l. pridem 6. C. de question. l. perspicendum
 11. ff. de pæn. Spec. in tit. de testib. §. 1. vers. item excipitur quod est
 domesticus. Azo. in sum. ad tit. C. de testib. n. 15. Donel. ad l. etiam
 C. b. t. & ad l. in exercendis 15. C. de fid. instrum. Duaren. ad tit. C.
 de testib. c. 1. Mascard. de prob. vol. 1. conclus. 533. n. 1. & vol. 2. conclus.
 557. n. 1. & vol. 3. conclus. 1357. n. 46. Farinac. lib. 1. quest. 31. n. 27. Fa-
 chin. lib. 9. c. 82. VVes. in par. h. t. n. 3. Treutl. d. Disp. 5. tb. 8. & fami-
 liares domus. l. 20. C. de his qui accus. non poss. Rosbach. in process.
 Judic. tit. 56. n. 8. & tit. 61. n. 2. Domestici autem sunt vir & uxor.
 l. 1. §. 15. ff. de Scro Silan. l. 10. C. de re militar. Concubina. arg. l. 49. §.
 4. ff. de legat. 3. & l. 44. ff. de V. S. Bald. in l. 2. ff. de testib. Mascard.
 d. conclus. 533. n. 8. Parentes & liberi. l. quod se 31. §. Idem Pedius 15.
 ff. de Edilit. edit. l. 6. in pr. ff. quod cuiusq. univers. l. d. 10. C. de re mi-
 litar. l. unic. C. de emend. propinq. (In testamento tamen militari
 hi invicem adversus se admittuntur l. 2. §. 2. ff. qui testam. fac. poss.
 & probitatis quoq. testimonium pater filio dare potest. arg. l. 5.
 ff. quod cuiusq. univers.) Servi. l. 1. §. 1. ff. de pæn. & l. 6. C. de question.
 l. 6. §. 5. C. de his qui ad Ecolef. Liberti. d. l. n. ff. de pæn. & d. l. 6. C. de
 question. Mercenarii. d. l. n. §. 1. ff. de pæn. Spec. tit. de teste §. 1. n. 12.
 vers. sunt etiam Domestici. Farinac. lib. 2. quest. 55. n. 14. & quicunq.
 in domo patrisfamilias vivunt & familia appellatione com-
 prehendantur, atq. sic etiam huc pertinent liberi homines qui
 ei bo-

ei bona fide serviunt, aliique qui in potestate ejus sunt. l. 7. §. 18. ff. de vi & vi armat. l. 25. §. 2. ff. de Edilit. edict. Ut Coloni l. præfenti 6. §. sanè 5. C. de his qui ad Eccles. Colonos tamen nostri temporis idoneos esse testes & pro Dominis & contra Dominos, testatur Mascard. vol. 1. conclus. 320. n. 4. Sed si domestici hi tempore præstiti Juramenti desierint esse domestici, testimonium eorum valet. Bart. in l. 1. §. Idem Nummio. & in l. unius §. penult. ff. de questio. & in l. deferre. §. item decreverunt. in fin. ff. de jur. ffici. Bald. in l. 1. C. de Episcop. & Cler. Spec. de test. §. 1. vers. qui olim. Donel. ad d. l. etiam C. h. t. Mascard. vol. 2. conclus. 753. n. 3. nisi tamen in fraudem desierint esse domestici, tunc enim quoque eorum testimonium annihilatur. Spec. de test. §. 1. Mascard. d. conclus. 533. n. 12. & d. conclus. 758. n. 4. Farinac. d. quest. 55. n. 33. Fraus autem illa ex hoc apparet, si finita depositione, testis talis revertatur ad domum pristinam. Mascard. d. conclus. 533. n. 14. & d. conclus. 758. n. 5. Farinac. d. quest. 55. n. 34. Item exinde quod desierit esse domesticus postquam lis est inchoata. Spec. in tit. de test. §. 1. Mascard. d. conclus. 758. n. 6. Ita etiam domesticorum testimonium valet, si & alteri parti æquè sint domestici, cum par affectionis causa suspicionem fraudis amoveat. l. non solum 67. §. 1. ff. de rit. nupt. Spec. de test. §. opponitur autem. n. 10. Mascard. d. conclus. 533. n. 36. Rosbach. in proc. Iud. tit. 61. n. 4. Item in contractibus admittitur eorum testimonium, cum in illis adhibiti à partibus videantur approbati, semel autem probatos, non liceat postea reprobare. arg. l. si quis 17. C. h. t. (l) dico affectionem, cum hoc vocabulum latius pateat quàm reverentia, ita ut ipsa etiam reverentia eo referri possit. Duaren. ad tit. C. de testib. c. 1. & testes idonei seu omni exceptione majores non sunt, etiam in quibus saltem est præsumpta affectio, Mascard. vol. 1. conclus. 307. n. 3. & vol. 2. conclus. 797. n. 11. cum testimonium omni justa suspicione carere debeat. Donel. ad l. etiam & l. Seruos 8. C. h. t. (m) l. nullus 10. ff. h. t. l. omnibus 10. C. h. t. Mascard. vol. 1. quest. 7. n. 10. & conclus. 68. n. 5. conclus. 144. n. 10. & conclus. 462. n. 42. Fachin. lib. 8. c. 32. Vigel. in method. Iur. Civ. lib. 2. c. 19. VVef. in par. h. t. n. 3. Propria autem causa seu res est, cujus emolumentum

tum vel damnum ad aliquem suo nomine pertinet l. 1. §. in propria n. ff. quand. appell. Legatarius tamen & fideicommissarius jure speciali testis in testamento esse potest l. si suspecta 29. in pr. ff. de inoff. testam. l. à sententia 5. §. 1. & 2. ff. de appell. gl. in l. 10. ff. b. t. & in l. distantibus. C. de testam. Bald. in l. omnibus. n. 4. C. b. t. Mascard. vol. 3. conclus. 1357. n. 6. Farinac. lib. 2. quest. 60. n. 287. Treutl. vol. 2. disp. 5. th. 8. lit. D. si tamen agatur de hæreditate non de suo legato. Azo. in summ. ad tit. C. de testib. n. 10. Sic fiduciarius quoque jurando fideicommissum non esse relictum in propria causa quodammodo Judex & testis constituitur l. ult. C. de fideicom. Contra etiam seipsum in propria causa testimonium quis perhibere potest: Tuum enim testimonium quod in aliena re leve esset, id in tua quoniam contra te sit, gravissimum esse debet, inquit Cic. in orat. pro Quint. (n) arg. l. 5. in pr. ff. pro socio. l. 5. §. 2. ff. de legat. 1. l. 7. 4. ff. de legat. 3. l. 239. §. ult. ff. de V. S. Azo. in summ. ad tit. C. de testib. n. 12. quod enim commune est, quodammodo meum proprium est l. 46. ff. de rit. nuptiar. neq; in re quæ ad ipsorum honorem & vituperium aliquid facit. Bald. in l. distantibus. C. de testam. Spec. in rit. de test. §. 1. vers. item quod est testis in re. (o) Et advocati in causa in qua sunt advocati propter præsumptam affectionem l. ult. ff. b. t. Vigel. in method. Jur. Civ. lib. 2. c. 19. Bald. in l. omnibus n. 4. C. de testib. Spec. in rit. de test. §. 1. n. 74. Farinac. lib. 2. quest. 6. n. 155. Donel. ad d. l. omnibus C. b. t. Duaren. ad tit. C. de testib. c. 1. ne quidem finito officio Bald. in l. d. omnibus n. 4. C. b. t. Spec. de test. §. d. 1. n. 74. Farinac. d. quest. 6. n. 156. Mascard. d. conclus. 1357. n. 4. & n. 35. Treutl. d. disp. 5. th. 8. lit. D. Si tamen advocatus integræ famæ, bonæ conditionis & locupletior ipsis partibus esset, atq; lis existeret de re modica, testimonium illius admittitur. Farinac. d. quest. 60. n. 166. Mascard. vol. 1. conclus. 66. n. 17. Similiter etiam clientulus tanquam inidoneus testis pro patrono suo rejicitur, Spec. de testib. in pr. n. 13. Mascard. vol. 1. conclus. 307. n. 1. Farinac. d. quest. 60. n. 165. Finita tamen clientela admittitur, Farinac. d. quest. 60. n. 195. Spec. d. loco, Mascard. d. conclus. 307. n. 4. Sic etiam Actores & defensores Ecclesiarum de Jur. Canon. in ea causa quam agunt, rejiciuntur c. 6. ext. b. t.

E

p) vel

(p) vel arbitri in causa in qua judicaverunt. Bart. in l. ne in arbitris n. 6. ff. de arbitr. Spec. de test. §. 1. n. 74. Azo. in summ. ad tit. C. de testib. n. 10. Mascard. vol. 1. conclus. 124. n. 2. Farinac. d. quest. 60. n. 89. Vigel. in method. jur. controuv. lib. 2. c. 13. reg. 37. Wefenb. in par. b. t. n. 3. (q) in causis sui pupilli. Bart. in l. omnibus n. 6. C. b. t. & in l. de ferre §. Idem decreverunt n. 2. ff. de jur. fisci. Farinac. d. quest. 60. n. 272. quia loco Domini ipsius pupilli & rerum pupillarium habentur l. 27. ff. de administr. & peric. tutor. l. 56. §. 4. ff. de furt. l. 7. §. 3. ff. pro emptor. l. 157. ff. de R. J. l. 11. §. 7. ff. quod vi aut clam. Bart. in l. qui testam. in pr. ff. de testam. Spec. de test. §. 1. (r) Bart. in l. tantum. §. universitatis ff. Rev. divis. Mascard. vol. 1. conclus. 318. n. 3. & conclus. 395. n. 19. & seq. Donel. ad l. omnibus C. b. t. Wefenb. in par. b. t. n. 3. Rosbach. d. t. 61. n. 21. Secus si per consequens commodum vel incommodum ad eos derivaretur, testis enim non principaliter sed in consequentiam commodum sentiens admittitur ad testificandum, inquit Mascard. d. conclus. 1357. n. 59. (s) Azo. in summ. d. n. 10. Donel. ad d. l. omnibus C. b. t. Duaren. ad tit. C. de testib. c. 1. propter periculum evictionis, Meyer. in colleg. Argentor. n. 7. (t) Meyer. in colleg. Argentor. d. n. 7. Farinac. d. quest. 60. n. 362. (u) Bart. in l. omnibus C. b. t. Mascard. d. conclus. 1357. n. 23. Farinac. d. quest. 60. n. 368. Donell. ad d. l. omnibus C. b. t. (w) præsumi enim quod ad favorem partis ejus, quam ipsi in alia causa sustinent, sint deposituri testatur Spec. de test. §. 1. vers. item quod habet causam consimilem. Mascard. d. conclus. 1357. n. 54. (x) arg. l. 3. ff. h. t. & Nov. 90. c. 1. Mascard. vol. 3. conclus. 1155. n. 1. & conclus. 1358. n. 37. Spec. de test. §. 1. vers. item quod est pauper. Vigel. in method. Jur. Civ. lib. 2. c. 19. cum lucri causa facile moveri præsumatur. gl. in l. 3. in pr. ff. b. t. Duaren. ad tit. C. de testib. c. 1. Rittershus. ad Nov. par. 9. tit. 22. n. 7. Integræ tamen famæ & honestæ vitæ pauperem in testem admitti, asserit Farinac. lib. 1. quest. 12. n. 50. Gail. 2. obs. 95. n. 20. cum etiam pauper fidelis esse possit. §. ult. In fit. de suspect. tutor. arbitrio verò judicis relinqui quatenus pauperi fides adhibenda sit, vult. Mascard. d. conclus. 1155. n. 34. (y) Horum tamen ut & aliorum qui propter affectionem repelluntur, testimonium ad-

mitti-

mittitur, nisi pars adverſa opponat de affectione eorum. Mascard. vol. 1. *concluf.* 408. n. 22. & ſeq. Item valet ejuſmodi teſtimonium ſi producenti proſit, & alteri non noceat, Mascard. *d. concluf.* 408. n. 26. (z) l. 3. in pr. l. 21. §. 3. ff. h. t. l. eos teſtes §. C. h. t. Bart. in l. admonendi n. 37. ff. de jurejur. Spec. in tit. de teſt. §. 1. Donel. ad l. eos teſtes C. h. t. Mascard. vol. 1. *concluf.* 86. n. 1. niſi tamen utriq̄ue parti æqualis ſit amicus. Bart. in l. non ſolum §. 1. ff. de rit. nuptiar. Mascard. *d. concluf.* 86. n. 7. aut deponat de factō, ex quo nullum commodum vel incommodum ad amicum ſpectat. Mascard. *d. concluf.* 86. n. 21. (Aa) l. 3. ff. h. t. l. ſi quis 17. C. h. t. l. 1. §. 24. ff. de queſtion. Nov. 90. c. 7. Spec. de teſt. §. 1. in pr. Mascard. vol. 1. *concluf.* 144. n. 11. & vol. 3. *d. concluf.* 1357. n. 39. Farinac. libr. 1. *queſt.* 12. n. 35. Vigel. in *method. Iur. Civ. lib. 2. c. 19.* & in *method. Iur. controver. lib. 2. c. 13. reg. 37.* Rittershuſ. ad Nov. part. 9. c. 22. n. 21. Duaren. ad tit. C. de teſtib. c. 1. Donel. ad *authent. ſi teſtis C. h. t.* ne quidem in crimine læſæ majeſtatis, Mascard. vol. 1. *concluf.* 462. n. 31. & aliis atrociffimis criminibus, in quibus alijs inhabiles teſtes admittuntur. Bart. in l. in queſtion. ff. ad l. Jul. Majeſtat. Spec. tit. de accuſat. §. 1. in fin. Farinac. *d. queſt.* 12. n. 40. & lib. 2. *queſt.* 53. n. 5. imò inimicus de recenti reconciliatus rejicitur, ſecus tamen ſi ex longo tempore reconciliatus fuerit. Mascard. vol. 2. *concluf.* 857. n. 47. Farinac. *d. queſt.* 12. n. 42. & *d. queſt.* 53. n. 59. Covarr. *pract. queſt.* 18. n. 3. Idem obſervatur in illis, qui cum capitalibus alicujus inimicis commorantur. Mascard. *d. concluf.* 857. n. 50. Quinam autem veri inimici ſint, relinquitur arbitrio Judicis. Mascard. *d. concluf.* 857. n. 55.

XX.

Alii propter lubricum conſilium prohibentur teſtimonium dicere quales ſunt impuberes, (a) Minores 20. annis in cauſis criminalibus (b) furioſi & mente capti, (c) prodigi (d) Ebrui (e) Mulieres in teſtamentis (f) & cauſis feudalibus (g) quibus etiam annumerari poſſunt, muti, ſurdi, cæci. (h)

E 2

a §. 12.



(a) §. testes 6. Instit. de testam. ordin. l. 3. §. 5. l. i. in vit. 19. §. 1. ff. b. t. l. 20. in pr. ff. qui testam. fac. poss. Bart. in l. 3. §. Lege Iulia ff. b. t. Spec. in tit. de test. §. 1. n. 33. Mascard. de prob. vol. 3. conclus. 1246. n. 1. Farinac. lib. 2. quest. 58. n. 1. Duaren. ad tit. C. de testib. c. 1. VVef. in par. b. t. n. 3. Rosbach. in proc. Indic. tit. 56. n. 5. Judicium tamen aliquod facere testatur gl. in l. i. in vit. 19. §. 1. ff. b. t. Proximus etiam pubertati testis esse potest in testamento inter liberos, ad pias causas, & in testamento militis. Schneidew. ad d. §. testes Instit. de testam. ordin. Puberes autem facti testificari possunt de iis quæ in pupillari ætate viderunt Bart. in l. qui Roma §. duo fratres n. 15 ff. de V. oblig. Spec. in tit. de test. §. 1. n. 35. Azo. in summ. C. b. t. n. 7. Mascard. d. conclus. 1246. n. 11. Farinac. de quest. 58. n. 53. Vigel. in method. iur. controuv. lib. 2. c. 13. reg. 37. Schneidew. in d. §. testes Instit. de testam. ord. Rosbach. d. tit. 56. n. 6. Treutl. vol. 2. disp. 5. th. 8. lit. A. (b) l. i. testimonium 20. ff. b. t. Mascard. d. conclus. 1246. n. 14. Vigel. d. c. 13. reg. 37. Duaren. ad tit. C. de test. c. 1. Schneidew. ad d. §. testes Instit. de testam. ord. Wesenb. in par. b. t. n. 3. In causis enim criminalibus magis idonei testes requiruntur quàm in pecuniariis. Wesenb. in par. b. t. n. 4. imò exceptione majores esse debent. (c) §. d. 6. Instit. de testam. ord. l. 20. §. 4. ff. qui testam. fac. poss. cum jurare nequeant, in quo vis omnis testimonii consistit. Spec. de test. §. 1. n. 34. nisi tamen habeant dilucida intervalla sive intermissionem, eo enim tempore rectè adhibentur. Spec. de test. §. 1. vers. item quod est furiosus. Mascard. vol. 2. conclus. 828. n. 1. & vol. 3. conclus. 1358. num. 23. Farinac. lib. 2. quest. 61. n. 15. (d) nempe cui bonis interdictum est, Bald. in l. i. cui ff. de testam. Spec. de test. §. 1. Mascard. d. conclus. 1358. n. 39. (e) Bald. in l. dolum C. de dolo. Mascard. d. conclus. 1358. n. 9. Farinac. lib. 2. question. 56. n. 434. Vigel. in method. iur. controuv. d. c. 13. reg. 37. (f) §. d. 6. Instit. de testam. ord. d. l. 20. §. 6 ff. qui testam. fac. poss. Azo. in summ. C. b. t. n. 10. Duaren. ad tit. d. C. de testib. c. 1. in codicillis tamen admittuntur. Bart. in l. qui testam. 20. §. mulieri ff. de testam. Mascard. vol. 2. conclus. 763. n. 7. Schneidew. in d. §. 6. Instit. de testam. ord. pariter etiam in testamento inter liberos recipiuntur. Schneidew. in d. §. 6. Mascard. d. conclus.

concl. 763. n. 8. cum seq. ut & in testamento ad pias causas, Masc. d. conclus. 763. n. 10. & in testamento militis, Schneidew. in d. s. 6. Mascard. d. conclus. 763. n. 12. Item in testamento facto tempore pestis, Mascard. d. conclus. n. 13. (g) lib. 2. Feudor. tit. 32. Mascard. vol. 2. conclus. 764. n. 2. Weseub. in par. b. t. n. 3. Treutl. d. disp. 5. th. 8. lit. E. in aliis enim testimonium earum valet. d. l. 20. s. 6. ff. qui testam. fac. poss. l. ex eo 18. ff. b. t. etiam criminalibus. Sich. ad rubr. C. b. t. Weseub. in par. b. t. n. 3. Treutl. d. th. 8. Schneidew. ad. d. s. testes. In sit. de testam. ord. (h) nam & hi repelluntur d. s. testes 6. Spec. de test. s. 1. n. 88. & s. nunc tractandum. n. 76. Mascard. d. conclus. 1358. n. 24. Farinac. d. quest. 61. n. 21. Weseub. in par. b. t. n. 3. Si tamen mutus literarum sit peritus, ita ut scriptis testimoniū perhibere possit, admittitur. Mascard. d. conclus. 1358. n. 26. cæcus quoq; si agatur de probando eo, quod per solum sensum auditus percipitur, ut tonitrua, cantus, & c. testis esse potest, Mascard. d. conclus. 1358. n. 28.

XXI.

Alii propter vitæ culpam rejiciuntur in testimoniis dicendis, quales sunt infames (*a* damnati publico iudicio nec restituti, (*b* damnati furti, vi bonorum raptorum (*c* Banniti (*d* qui ad bestias ut depugnarent, se locaverint (*e* qui ob dicendum testimonium vel non dicendum pecuniam accepisse convictus erit, (*f* quæ palam quæstum corpore facit, fecitve, adulterii damnata, (*g* exercentes lenocinium (*h* ob turpitudinem vitæ Senatu moti (*i* periuri (*k* usurarii (*l* proditores (*m* damnati ob carmen famosum (*n* qui in vinculis custodiæ publicæ sunt (*o* participes & focii criminis. (*p*)

(a) *l. questum 13. ff. b. t. l. Cassius 2. ff. de Senator. Spec. de test. s. 1. n. 28. vers. item excipitur quod est infamis Mascard. de prob. vol. 1. quest. 5. n. 18. & vol. 3. conclus. 1356. n. 2. Vigel. in method. jur. contro. lib. 2. c. 13. reg. 37. Rittershus. ad Nov. part. 9. tit. 22. n. 7. Weseub. in par. b. t. n. 3. Treutl. vol. 2. disp. 5. th. 8. quamvis adver-*

sarius nihil de hoc opponat, tum enim Judex ex officio tales infamia laborantes, rejicere debet, Mascard. *d. conclus.* 1356. n. 11. Wefenb. *in par. b. t. n. 3.* dum tamen per confessionem ipsius testis producti, aut per aliud documentum de ejusmodi infamia disertè constet Spec. *tit. de test. §. 1. n. 91.* Wefenb. *in par. d. num. 3.* nam si res dubia adhuc esset, non propterea differendam examinationem, sed potius exceptionem illam in tempus disputationum rejiciendum esse, testatur Spec. *in d. §. 1. n. 91.* & Wef. *in par. d. n. 3.* adeo autem testes infames repelluntur ut ne quidem ad faciendum judicium sufficiant. Mascard. *d. conclus.* 1356. n. 5. nisi plures infames de eadem re testimonium perhibeant, tunc enim judicium ad faciendam inquisitionem facere possunt Mascard. *de conclus.* 1356. n. 6. Illud autem generaliter hic notandum, infames in iis casibus in quibus Jure speciali admittuntur, ut in his quæ admodum difficilis sunt probationis, & ubi veritas aliter haberi nequit Mascard. *d. conclus.* 1356. n. 52. & 57. nunquam absq; tortura recipi Bart. *in l. 1. C. de sum. Trinit.* Mascard. *d. conclus.* 1356. n. 58. & *vol. 1. conclus.* 464. n. 9. gl. *in l. 3. §. 5. ff. b. t. Farinac. lib. 2. quæst. 56. n. 16.* & *seq.* de his autem quando testes infames, ut & aliter inidonei admittantur, dicemus infra *ib. hac sub lit. P.* Illud præterea hic observandum, ea quæ hætenus dicta sunt, de infamia juris laborantibus intelligenda esse. Infamis enim infamia facti regulariter in civilibus non repellitur, à testimonio Bart. & Bald. *in d. l. 1. C. de sum. Trinit.* Spec. *in tit. de testib. §. 1. n. 28. vers. nam infamis de facto* Mascard. *d. conclus.* 1356. n. 59. Covarr. *præct. quæst. c. 18. n. 1.* Farinac. *d. quæst. 56. n. 100.* Azo. *in summ. ad tit. C. de testib. n. 5.* Treutl. *d. disp. 5. tb. 8. lit. B.* secus tamen in criminalibus Vigel. *in method. Iur. controv. lib. 2. c. 13. reg. 37.* Wefenb. *in par. b. t. n. 3.* item in quibusdam causis civilibus, ut quando agitur de deregenda ingratitudine feudatarii vel donatarii. Mascard. *d. conclus.* 1356. n. 6. Farinac. *d. quæst. 56. n. 110.* & in his in quibus requiruntur testes omni exceptione majores, ut in causis matrimonialibus & arduis Bart. *in l. ad monendi ff. de jurejur.* Bald. *in l. 1. C. de summ. Trinit.* Mascard. *d. conclus.* 1356. n. 64. & 67. Covarruv. *præct. quæst. d. c. 18. n. 1.* Farinac. *d. quæst.*

d. *quæst.* 56. n. 107. & 109. Berous *quæst. faml.* 84. n. 2. (b) l. 3. §. 5. l. 13. l. 14. & *seq. ff. h. t. Spec. in tit. de test.* §. 1. Mascard. *vol. 1. conclus.* 464. n. 4. & *vol. 3. conclus.* d. 1356. n. 44. Vigel. *in method. Jur. contr.* lib. 2. c. 13. reg. 37. & *in method. Jur. Civil.* lib. 2. c. 19. Wefenb. *in par. h. t. n. 3.* (c) l. *infamem.* 7. ff. *de public. judic.* (d) Mascard. *d. conclus.* 1356. n. 38. Farinac. *d. quæst.* 56. n. 328. & quamvis ipsis quotidie salvus conductus concedatur, ut tuto ad examen se siltere possint, integræ tamen fidei testes non sunt Farinac. *d. quæst.* 56. n. 331. (e) l. 3. §. 5. ff. *h. t.* Vigel. *in method. Jur. Civ. d. c.* 19. VVefenb. *in par. h. t. d. n. 3.* (f) d. l. 3. §. 5. ff. *h. t. l. si quis* 17. C. *h. t.* Bart. *in l. Divus ff. de re judic.* & *in d. l. si quis* 17. C. *h. t.* Spec. *tit. de test.* §. 1. Mascard. *vol. 1. conclus.* 454. n. 2. & *vol. 3. de conclus.* 1356. n. 1. Vigel. *in method. Jur. Civ. d. c. 19.* & *in method. Iur. contr.* d. c. 13. reg. 37. Mynsing. 6. *obs.* 67. n. 1. VVefenb. *in par. h. t. n. 3.* Idem est si quid ipsis saltem promissum sit Mynsing. *d. obs.* 67. si autem precibus ad testificandum sit inductus, corruptum non dici testatur, Mascard. *d. conclus.* 1356. n. 2. (g) d. l. 3. §. 5. & *l. ex eo* 18. ff. *h. t. l. 20. §. 6. ff. qui testam. fac. poss.* Farinac. *d. quæst.* 56. n. 359. (h) *arg. l. 4. §. 3. ff. de bis qui nor. infam.* Mascard. *d. conclus.* 1356. n. 216. (i) l. *Cassius.* 2. ff. *de Senator.* VVefenb. *in par. h. tit. d. n. 3.* (k) c. 54. *de testib.* Farinac. *d. quæst.* 56. n. 186. Boer. *decis.* 352. n. 3. Vigel. *in method. Iur. contr.* lib. 2. c. 13. reg. 37. (l) Bald. *in l. improbum.* C. *ex quib. caus. infam. irrog.* & *in l. 1. C. de testam.* Mascard. *d. conclus.* 1256. n. 25. Farinac. *d. quæst.* 56. n. 352. (m) & horum filii Bart. *in l. quisquis* §. *filii* n. 36. C. *ad l. Iul. Majest.* Mascard. *d. conclus.* 1356. n. 40. Farinac. *d. quæst.* 56. n. 352. (n) l. *ob carmen famosum* 21. *in pr. ff. h. t. l. 5. §. 9. ff. de jurejur.* Vigel. *in method. Iur. Civ. lib. 2. d. c. 19.* VVefenb. *in par. d. n. 3.* (o) d. l. 3. §. 5. ff. *h. t.* Vigel. *d. c. 19.* Wefenb. *d. n. 3.* (p) Spec. *tit. de testib.* §. 1. n. 37. *vers. item quod sit socius criminis* Azo. *in sum. ad tit. C. de testib.* n. 1. Donell. *ad l. quoniam.* C. *h. t. n. 23.* Rosbach. *in proc. Iud. tit.* 56. n. 8. imò ne quidem indicium horum testimonium facit Mascard. *vol. 1. conclus.* 466. n. 3. concurrentibus tamen aliis indiciis, participem criminis ad torturam decernendam aliquid facere, & tum arbitrio judicis relinqui quænam indicia ad hoc sint sufficien-
tia

tia testatur. Mascard. vol. 3. conclus. 1311. n. 43. Sciendum hic
 tamen generaliter testes hosce infames aliosvè inhabiles ad-
 mitti nonnunquam in iis, quæ sunt difficilis probationis, quæ-
 que domi occultè fiunt, & in quibus veritas aliter haberi ne-
 quit, Bart. in l. cunctos populos n. 23. C. de sum. Trinit. Spec. in tit.
 de test. §. 1. vers. item quod impubes, Mascard. vol. 3. conclus. 1359. n. 1.
 & conclus. 1386. n. 8. Farinac. lib. 1. quæst. 24. n. 121. & lib. 3. q. 62. n. 50.
 Mynsing. 6. obs. 16. n. 1. Gail. 1. obs. 102. n. 9. Franc. Viv. decis. 400. n. 17.
 & decis. 122. n. 12. Rittershus. ad Nov. part. 9. tit. 22. n. 32. verita-
 tem autem non posse aliter haberi asserens, ad hoc ut testes in-
 idonei recipiantur, illud probare debet, Mascard. vol. 3. conclus.
 1403. n. 1. Mynsing. 6. obs. d. 16. n. 4. Item admittuntur testes inha-
 biles in criminibus atrocioribus ut læsæ majestatis, Simonix,
 sacrilegii, assassinii, falsæ monetæ, & similibus. Spec. tit. de ac-
 cusat. §. in fin. Mascard. vol. 1. conclus. 462. n. 4. & vol. 3. conclus. 1311.
 & conclus. 1359. n. 15. Item ad probandam innocentiam. Spec.
 tit. de inquisit. §. 1. Mascard. d. conclus. 1359. n. 16. & conclus. 1412. n.
 15. Farinac. d. quæst. 62. n. 50. Item si plures sint numero, quamvis
 omnes inhabiles sint, Mascard. d. conclus. 1359. n. 14. Item par-
 tium consensu approbati. Gail. 1. obs. 100. num. 18. cum ibi alle-
 gatis.

XXII.

Unius verò testis testimonium regulariter nullum
 est, (a) sed ubi nullus certus numerus constitutus est,
 ibi duo sufficere possunt. (b) Interdum tamen tres re-
 quiruntur (c) interdum quinque (d) interdum septem
 (e) interdum octo: (f) sed iudices eum solum nume-
 rum testium, quem necessarium esse putaverint evocari
 pati debent. (g)

(a) c. licet 23. c. 28. & c. 47. ext. h. t. Donel. ad l. in exercen-
 dis 15. C. de fid. instrum. & ad l. jurisjurandi C. h. t. Rittershus. ad
 Nov. part. 9. tit. 22. n. 12. etiam si præclaræ curiæ honore præful-
 gear. l. jurisjurandi 9. C. h. t. l. maritus 20. ff. de Question. Spec. tit. d.
 test. §. restat. Duaren. ad tit. C. de testib. c. 3. Treutl. vol. 2. disp. 5. th. 7.
 quam-

quamvis tam ex Jure Canonico quam Civili exemplis quibusdam demonstrari possit, quod & unius testis testimonium quandoq; audiatur ut in l. magis puto §. §. 13. ff. de reb. eorum qui sub tutel. l. Theopompus 14. ff. de dot. preleg. hæc tamen vel non sunt proprie testimonia, sed potius nudæ assertiones, vel ex privilegio magis, & approbatione partium probandi vim accipiunt. Eatenus tamen unius testis, maximè si omni exceptione major sit, dictum admittitur, ut sic per unum testem probanti juramentum suppletorium deferri possit. Franc. Viv. decis. 381. n. 1. Treutl. d. disp. 5. tb. 7. lit. A. Conjunctum etiam testis unius enunciatum cum aliis adminiculis, plenè probat, Bart. in l. 1. §. Idem Cornelio ff. de question. Bald. in l. ea quidem. C. de accusat. Mascard. vol. 3. conclus. 1223. n. 9. Item si nullum subsit præjudicium tertii, fides ei adhiberi potest, Spec. tit. de test. §. restat. vers. hoc tamen fallit. Mascard. vol. 1. quest. 11. n. 14. & conclus. 163. n. 5. Franc. Viv. decis. 172. n. 3. (b) l. ubi numerus 12. ff. b. t. Spec. in tit. de test. §. d. restat. Mascard. vol. 1. quest. 5. n. 117. Donell. ad d. l. jurisjurandi C. b. t. Vigel. in method. Jur. Civ. lib. 2. c. 19. & in method. Jur. Controv. lib. 2. c. 13. reg. 371. Mynsing. 3. obs. 76. Treutl. d. disp. 5. tb. 6. (c) l. super chirographariis. 17. C. si cert. per. l. scribeuras 11. C. qui potior. in pignor. Donel. ad d. l. jurisjurandi C. b. t. (d) l. & ab antiquis 31. C. de testam. l. ult. C. de Codicill. l. ult. C. de donat. caus. mort. Azo. in sum. ad tit. C. de testib. n. 20. (e) d. l. 31. & l. hac consultissima 21. C. de testam. l. 8. C. qui testam. fac. poss. Azo. in sum. d. n. 20. (f) d. l. 8. C. qui testam. fac. poss. Rittershus. ad Nov. part. 9. d. tit. 22. n. 12. (g) Ne scilicet effrenata potestate ad vexandos homines, superflua multitudo testium prorrahatur. l. 1. §. ult. ff. b. t. & ib. Gotthofr. Gail. 1. obs. 91. n. 3. In testium autem multitudine majori potius quam minori numero standum est, Mascard. vol. 2. conclus. 1081. n. 5. item dignioribus & antiquioribus plenior fides adhibenda est. Vigel. in method. Jur. contrrov. d. c. 13. reg. 37. Duobus autem affirmantibus testibus magis creditur quam mille negantibus. Bald. in l. actor. 23. C. de probat. & in l. 1. C. b. t. Mascard. vol. 2. conclus. 1091. n. 7. & vol. 3. conclus. 1364. n. 6. Boer decis. 100. n. 5. nisi tamen negantium depositio sit verisimilior. Bald.

F in d.



*in d. 1. diem proferre §. si plures ff. de arbit. Mascard. d. conclus. 1364.
n. 7. Franc. Viv. decis. 366. n. 3.*

XXIII.

Causa probationis quæ per testes fit, efficiens duplex dici potest, Remota & proxima. Remota est Necessitas. (a) proxima est citatio & compulsio iudicis (b) sine qua testes ultro se offerentes & ingerentes suspecti fiunt (c) item petitio litigantium (d) sine qua Iudex officium suum in examinandis testibus impartiri non debet.

(a) *l. 1. ff. b. t.* plurima enim existunt quæ non aliter patefiunt quàm testibus pronunciantibus, inquit Imperator *in Nov. 90. in pr. & publicè* interest probationes salvas esse, ut negotia facilius explicentur *l. curent. magistratus 22. ff. b. t.* (b) *101. tit. ext. de testib. cog. l. d. 22 ff. b. t. l. 3 §. 9. ff. de tab. exhib. l. iudices 18. C. de fid. instrum.* Donel. *ad l. si quando C. b. t. Duaren. ad tit. C. de testib. c. 2. Gail. 1. obs. 100. n. 9.* Ferre enim testimonium munus est publicum, Spec. *tit. de testib. §. penult. n. 6. Farinac. lib. 3. quæst. 87. n. 5. Gail. d. obs. 100. n. 2. Welénb. in par. b. t. n. 2. Treutl. vol. 2. disp. 5. th. 7.* perinde atq; tutelam gerere, Spec. *tit. de test. d. §. penult.* Sicut igitur tutores ad tutelam suscipiendam inviti cogi possunt, ut apparet *ex l. 1. ff. de administrat. tutor. ex hac ratione* quod ad publica munera subeunda inviti cogantur. *l. 9. ff. de muner. & honor.* Spec. *in tit. de test. §. de testium compulsione n. 4.* Farinac. *lib. 2. quæst. 78. n. 5.* ita & testes etiam advenæ & peregrini & viatores qui modò per civitatem fortè iter faciunt ad perhibendum testimonium à iudice citati ut compareant, compelli possunt, Donel. *ad l. quoniam & ad l. si quando C. b. t.* Mascard. *vol. 1. question. 5. num. 63. Farinac. lib. 3. question. 78. num. 58. Gail. 1. d. obs. 100. & obs. 96. num. 8. Vigel. in method. Jur. Civ. lib. 2. c. 19. & in method. Jur. controv. lib. 2. c. 13. reg. 17. Treutl. d. disp. 5. th. 7.* compellendi autem hanc potestatem etiam delegatus à Principe habet. Spec. *tit. de test. §. de testium compulsione n. 7.* Mascard. *vol. 1. d. quæst. 5. n. 58. Farinac. lib. 2. d. quæst. 78. num. 23.* Arbitrè verò eam potestatem non habet, Mascard. *d. quæst. 5.*

n. 59.

n. 59. Vigel. in *method. Jur. controv. d. c. 13. reg. 17.* Et fit hæc compulsio vel per indictionem multæ vel captis pignoribus, Azo. in *summ. ad rubr. C. b. t. n. 3.* Spec. *tit. de test. d. §. de testium compulsi-
sione. n. 6.* Donel. *ad l. si quando C. b. t. Mascard. d. quest. 5. num. 47.*
 Et n. 60. Farinac. *lib. 3. d. quest. 78. n. 37.* Gail. *1. obs. 98. in fin. Wef.*
in par. b. t. n. 2. Treutl. *d. disp. 5. rh. 7.* item ad interesse partibus
 tenentur comparere nolentes, Spec. *d. tit. de test. §. sequitur vers.*
ult. Mascard. d. quest. 5. n. 70. Farinac. *d. quest. 78. n. 136.* Incarcera-
 ri autem, testimonii dictionem recusantes, non possunt. *argum.*
l. si quando 19. C. b. t. Mascard. d. quest. 5. n. 61. Farinac. *d. quest. 78.*
n. 40. nisi in criminalibus, in his enim per carcerationem testes
 cogi possunt, Bart. *in d. l. si quando 19. C. b. t. Farinac. d. qu. 78. n. 41.*
 In Camera autem pœna banni plectitur contumaciter recusans
 testimonium dicere, Gail. *1. d. obs. 100. n. 12.* Rosbach. *in proc. Ju-*
dic. tit. 56. n. 16. Hæ tamen pœnæ cessant, si per quindecim dies ju-
 dicem examinaturum testes expectaverint, nam ulterius deti-
 neri non possunt, *l. si quando 19. C. b. t. Gail. 1. obs. 99. n. 7.* Donell.
ad d. l. si quando C. b. t. Duaren. ad tit. C. de testib. c. 4. Vigel. in *me-*
thod. Jur. controv. d. c. 13. reg. 17. plures autem exceptiones ejus-
 modi *vid. apud Vigel. in d. c. 13.* Norandum etiam hic quosdam
 excipi personas. quæ ad dicendum testimonium cogi non pos-
 sunt, ut sunt personæ Illustres *l. constitutio 16. C. b. t.* Consanguini
 & affines contra consanguineos suos. *l. 4. ff. b. t. l. ult. in pr.*
ff. de grad. Et affin. l. 39. ff. de Injur. Farinac. lib. 2. quest. 54. n. 13.
Et lib. 3. d. quest. 78. n. 84. Mascard. *vol. 1. conclus. 74. n. 3. Et vol. 2.*
conclus. 839. n. 3. Senes, qui hic accipiuntur majores septuagin-
 ta annis. *l. majores 3. ff. de jur. immun. l. unic. C. qui etat. se excus.*
 Azo. in *summ. ad rubr. C. b. t. n. 3.* Spec. *in tit. de test. §. de testium*
compulsione. Farinac. *d. quest. 78. n. 60.* Mascard. *vol. 1. quest. 5. n. 65.*
 Wefenb. *in par. b. t. n. 3.* Valetudinarii, Azo. in *summ. ad rubr. C.*
b. t. d. n. 3. Duaren. *ad tit. C. de testib. c. 2.* Spec. *in tit. de testib. §. d.*
de testium compulsione. Farinac. *d. quest. 78. n. 64.* Milites, & qui
 cum magistratu Reipubl. causa absunt, vel quibus venire non
 licet *l. inviti 8. ff. b. t.* Azo. in *summ. d. n. 3.* Spec. *in d. §.* Farinac.
d. quest. 78. n. 66. Et 68. Vigel. in *method. Jur. Civ. d. c. 19.* Wef. in



par. b. t. n. 3. Rosbach. *d. tit. 56. n. 9.* publicani, h. e. publici vectigalium conductores. Azo. *in summ. d. n. 3.* Spec. *in d. §.* Farinac. *d. quest. 78. n. 93.* Qui non detrectandi testimonii causa abiit, & qui exercitui præbendum quid conduxit. *l. inviti 19. ff. b. t.* Duaren. *ad tit. C. de testib. c. 2.* Wesenb., *in par. b. t. d. n. 3.* Sciendum tamen, si veritas aliunde non constaret nec haberi posset, omnes has personas privilegiatas compelli posse, Spec. *in d. tit. §. d. de testium compulsione.* Farinac. *lib. 2. quest. 54. n. 18. & lib. 3. d. quest. 78. n. 108.* Mascard. *d. quest. 5. n. 66. & conclus. 74. n. 2.* Rosbach. *d. tit. 56. n. 11.* quod tamen in civilibus modò verum est, in criminalibus autem non item. Spec. *tit. de test §. qualiter n. 18. §. penult. n. 1.* Farinac. *d. quest. 78. n. 110. & n. 115.* Wesenb. *in par. b. t. n. d. 3.* Illud præterea hic notandum, quod consanguinei & cætera hic enumeratæ privilegiatæ personæ, licet ad probationis onus inviti cogi nequeant, volentes tamen admittantur, Bart. *in l. 4. n. 1. ff. b. t.* Spec. *in d. §. de testium compulsione.* Mascard. *d. quest. 5. n. 68.* Farinac. *lib. 2. quest. 54. n. 61. & d. quest. 78. n. 101.* Gail. *1. obs. 100. n. 14.* Quæri hic etiam non incommode potest, An, si quis juratò alicui promisisset, non revelare arcana ea quæ sibi essent commissa, deinceps verò produceretur testis contra eum, juramentum illud servare debeat, vel an ad arcana detegenda compelli possit? Posterius affirmare libet cum Mascard. *d. quest. 5. n. 48.* Farinac. *d. quest. 78. n. 149.* Vigel. *in method. Jur. contrrov. d. c. 13. reg. 17.* Gail. *1. d. obs. 100. n. 3.* aut enim juramentum illud præstans cogitavit istum casum, & sic illicitum præstitit jusjurandum, quod servari non debet, aut non cogitavit, & tunc quoque ad talem casum haud extenditur. (c) Bart. *in l. post legatum §. his verò ff. de iis quib. ut indign.* Farinac. *lib. 1. quest. 42. n. 189. & quest. 46. n. 94.* Mascard. *d. quest. 5. n. 27.* Vigel. *in method. Jur. contrrov. d. c. 13. reg. 37.* Gail. *1. obs. 100. n. 9. & seq.* Mynsing. *4. obs. 3.* Rosbach. *in proc. Judic. tit. 57. n. 8.* (d) *l. iudices 18. C. de fid. instrum.* Wesenb. *in par. b. t. n. d. 3.*

XXIV.

Materia testium circa quam sunt omnia facta & negotia (tam voluntariæ quàm contentiosæ) Jurisdictionio-

tionis, (*b* de quibus testes sive in iudicio, eoquē tum publico, quam privato (*c* tam Ecclesiastico quam seculari: (*d* sive extra iudicium, ut in testamentis, codicillis & similibus (*e* interrogantur. (*f* Debent etiam interrogari de factis iis, quæ ipsis nota sunt, & per aliquem sensum corporis percipere atq; cognoscere poterunt, (*g* nam de re ignota, aut facta prorsus alieno respondere non compelluntur. (*b*)

[a] wesenb. in par. b. t. n. 4. Treutl. vol. 2. disput. 5. tb. 9.
 [b] ut sunt Emancipationes, manumissiones & similes. l. post mortem filia. 25. ff. de adoption. l. 1. §. 1. & seq. C. de latin. libert. toll.
 [c] c. testimonium. 54. ext. b. t. l. 1. §. adhiberi. 1. l. 3. §. Idem Divus. 3. ff. b. t. wesenb. in par. b. t. d. n. 4. [d] tot. tit. extr. de testib. [e] l. ult. §. ult. C. de Codicill. l. ult. C. de donat. caus. mort. [f] Interrogantur autem de omnibus, quæ ad causam instruendam iudiciq; fidem faciendam aliquid facere videntur, & sic etiam de circumstantiis personæ, loci, temporis & similibus. arg. l. optimam. 14. C. de contrab. & commit. stipul. wesenb. in par. b. t. d. n. 4. [g] l. testium. 18. C. b. t. l. qui testamento. 20. §. non tamen. 9. ff. qui testam. fac. post. [h] l. 11. §. 2. ff. de action. rer. amotar. Spec. tit. de test. §. 1. n. 8. ex certa enim scientia non vero super credulitate aut auditu alieno testimonium perhibendum esse, testatur. wesenb. in par. d. n. 4. in fin. Spec. tit. de test. §. 1. n. 53. 54. 58. Mynsinger. 6. observ. 58. Treutl. d. disp. 5. thes. 9. lit. D.

XV.

Forma productionis & examinationis testium, quæ in eo potissimum consistit, ut post litem contestatam (*a* demum, in iudicii locum (*b* producantur, non ante, nisi ad æternam rei memoriam productio fiat (*c* & intra terminum productioni faciendæ præstitutum (*d* citata ad hoc adversa parte. (*e*),

(a) Tot. tit. extr. ut lit. non contest. Barr. in l. de atate. n. 3. ff. de minor. Spec. de test. §. 2. in pr. Azo. in summ. C. b. t. num. 18.

F 3

Franc.

Franc. Viv. *decif.* 310. n. 14. Mascard. *de prob.* vol. 1. *quest.* 5. n. 43.
Vigel. *in method. Jur. controv.* lib. 2. c. 13. reg. 9. Gail. 1. *observ.* 92.
num. 1. Rittersh. *ad Nov. part.* 9. cap. 22. n. 35. Wefenb. *in par. h.*
t. n. 5. Treutl. *vol. 2. diff.* 5. *ib.* 7. (b) Mascard. *d. quest.* 5. n. 23.
nisi tamen testium producendorum qualitas, longa distantia
loci, & consuetudo aliud exigat. Sich. *ad l.* 18. C. *de fid. Instrum.*
ut si sint personæ illustres & egregiæ, Item valetudinarii, Infirmi,
Senes, mulieres, ad has enim personas homines idoneos
iudex cum parte adversa domum mittere, ad dicta eorum exci-
pienda, deber. *l. ad personas.* 15. ff. *de jurejur.* Novell. 124. cap. 1.
Azo. *in summ.* C. *b. t. n.* 3. Farinac. *lib. 3. quest.* 78. n. 63. Donell.
ad l. sola testatione. C. *b. t.* Mascard. *d. quest.* 5. n. 42. & 102. Wef.
in par. h. t. n. 5. & *tit. de probat.* n. 9. Rittersh. *ad Nov. part.* 9. *d. tit.*
22. n. 19. modò civiles sint causæ non criminales, in his enim
præcisè testes venire coguntur. *Auth. Apud eloquentissimum.* C. *de*
fid. Instrum. Sich. *ad l. Judices.* 18. C. *de fid. Instrum.* Azo. *in summ.*
C. *b. t. n.* 18. Donell. *ad l. sola testatione,* & *ad l. si quando.* C. *b. t.*
Vigel. *in method. jur. controv. d. cap.* 13. reg. 3. & *seq.* Rittershus.
ad Novell. d. c. 22. n. 19. Treutl. *d. diff.* 5. *ib.* 6. *lit. E.* Quam ta-
men exceptionem in Camera non observari, maximè in causa
fractæ pacis, testatur Vigel. *d. cap.* 13. reg. 4. Sed si citandi tes-
tes Jurisdictioni alterius subjecti sunt, requirendus est is Ju-
dex, ut testes suæ jurisdictioni subjectos examinet. *c. 1. de testib.*
cog. l. judices. 18. & *Auth. apud eloquentissimum.* C. *de fid. Instrum.*
& *ibi Gothofred.* *Spec. de test.* §. 1. n. 45. Ad hoc autem ut testes
in judicii locum ad examinationem se sistere possint: sumptus
ipsis à producente sunt suppeditandi. *l. testium.* 3. §. *Gabinio.* 4. ff.
h. t. l. quoniam. 11. C. *b. t. l. eos qui.* 6. §. *si quis.* 2. C. *de appellat.* *Spec.*
de test. §. *qualiter.* n. 12. Azo. *in summ.* C. *b. t. n.* 19. Donell. *ad l. d.*
quoniam. C. *b. t.* Duar. *ad tit. C. de testib. cap.* 4. Rittersh. *ad Nov.*
d. c. 22. n. 19. Wefenb. *in parat. h. t. n.* 5. Treutl. *d. diff.* 5. *ib.* 6. ha-
bita tamen personarum differentia & qualitate earum conside-
rata, an scilicet Nobiles sint vel plebeji, cum si rusticus equo
veheret sumptus ipsi ad hoc præstandi non essent. Donell. *ad d. l.*
C. *b. t.* Gail. 1. *observ.* 99. n. 4. Prætor eas autem expensas operarum

rarum etiam mercedēs, si fortē evocatus mercenarius esset, operis diurnis se, uxorem & liberos sustentans, quibus interim cariturus est, à producente sunt restituendā. Vigel. in method. Jur. contr. d. c. 13. reg. 16. Gail. d. obs. 99. n. 8. & seq. quod si talis obtingeret casus, in quo uriusque gratia testis evocaretur, sumptus quoque ad hoc ex æqua parte sunt præstandi. Gail. d. observ. 99. n. 10. (c) Vigel. in method. Jur. contr. d. c. 13. reg. 9. Mynsing. 1. observ. 18. & 4. observ. 71. n. 1. Franc. Viv. decis. 310. n. 15. & nisi ob causam justam, puta valetudinis, Senii (senes autem dicuntur qui vel 50. vel 60. vel 70. annorum sunt. Bart. in l. 3. §. dua autem sunt causa. ff. de carbon. Edict. Gail. 1. observ. 92. n. 7. qui illud quidem arbitrio Judicis relinqui, in Camera autem quinquagenarios pro senibus haberi, ac pro testibus ad æternam rei memoriam recipi, testatur, tempore etiam pestis non tam accuratam Senii rationem habendam esse, cum æquē juvenum ac senum subita mors extimescenda sit, statuit idem. in d. loc.) pestilentiae, peregrinationis ejusmodi examinatio ante litem contestatam concedatur. c. quoniam. Sext. ut lit. non contest. Spec. tit. de test. §. regulariter. Mascard. vol. 1. quæst. 17. n. 41. & seq. Gail. d. observ. 92. Vigel. in method. Jur. contr. d. c. 13. reg. 9. Rittersh. ad Novell. d. c. 22. n. 35. Rosbach. in proc. Jud. tit. 56. n. 12. Wesenb. in par. h. t. n. 5. Treutl. d. disp. 5. tb. 7. plures etiam casus in quibus talis examinatio ante litem contestatam admittitur, vid. in d. c. quoniam. §. ext. ut lit. non contest. Fit autem sic hæc probatio & examinatio quamvis reus nondum possit conveniri, ut si fortē sub conditione deberet, aut opponeret exceptionem dilatoriam. Gail. d. observ. 92. n. 12. Hac tamen examinatione facta, intra annum & quidem Utilem, qui currit ab eo tempore quo quis experiri potuit. Farinac. lib. 3. quæst. 76. n. 171. Gail. d. obs. 92. n. 5. Treutl. d. disp. 5. tb. 7. lit. F. actionem suam actor instituire & prosequi debet. d. c. quoniam. §. ext. ut lit. non contest. Rosbach. in proc. Judic. tit. 59. n. 5. Rittersh. ad Nov. d. c. 22. n. 35. Et hæc jam ita in actore observantur, ut non nisi in istiusmodi casibus testes ante contestatam litem producere possit, in Reo autem, vel qui actoris & rei vicem simul

simul sustinet, secus est, nam his indistincte, non habita ætatis, valetudinis, peregrinationis aut similibus causarum ratione, talis testium ad æternam rei memoriam, concessa est productio. Donell. *ad authent. sed & si quis. C. b. r. Vigel. in method. jur. controuv. d. c. 13. reg. 9. Mynting. 4. observ. 72. in fin.* Gail. *d. observ. 92. n. 8. Treutl. d. disp. 5. tb. 7. lit. F.* Fieri autem examinatio omnis ad æternam rei memoriam debet coram iudice competente ipsius causæ principalis, sive peratur a reo sive ab actore. Bart. *in l. cum hi. §. transacciones. ff. de transact. & in l. si societate. §. arbitratorum. ff. pro socio.* Gail. *1. observ. 93. n. 1.* nisi præsens periculum mortis testis subsit, nam tunc examinatio coram iudice incompetente, & parte adversa non citata valet. Bart. *in l. admonendi. n. 41. ff. de iurejur.* Marant. *in spec. aur. part. 6. tit. de citat. n. 29.* Rosbach. *tit. 59. n. 8.* Gail. *d. observ. 93. n. 4.* quoties enim periculum in mora est, recedere licet a communibus juris regulis. *argum. l. 5. §. 11. ff. de nov. oper. nunciat. l. 1. ff. de damn. infect.* Citatio etiam partis adversæ ad hanc examinationem, ut interrogatoria sua formare possit, perinde requiritur, ac in alia examinatione ordinaria. Mascard. *vol. 3. conclus. 1366.* Farinac. *lib. 3. quest. 72. n. 2. & quest. 76. n. 141.* Gail. *1. observ. 94. num. 4.* Treutl. *d. disp. 5. tb. 7. lit. F.* Rittersh. *ad Novell. d. c. 22. n. 35.* nisi tamen sit periculum in mora. Gail. *d. observ. 94. n. 4.* Farinac. *d. quest. 76. n. 164. & seqq.* Et sic in Civilibus; nam in Criminalibus nunquam hæc examinatio parte adversa absente fieri potest, ex parte actoris, secus tamen si ex parte rei fieret. Gail. *d. obs. 92. n. 13. & seqq.* In citatione autem hoc exprimi debet, quod fiat hæc examinatio ad æternam rei memoriam. Rosbach. *in proc. Judic. tit. 59. n. 19.* (d) Si enim post terminum producuntur, nihil probant. Bart. *in l. 2. in fin. ff. de appellat. recip.* Mascard. *vol. 1. quest. 5. n. 96. & vol. 3. conclus. 1229. n. 35.* nisi tamen intra terminum iuramentum præstiterint, hoc enim casu eo etiam elapso, recipiuntur, maximè si justam excusationis causam, qua impediti fuerint, allegare possint, Bald. *in l. si quando. C. b. r. Boer. decis. 294. n. 19.* Mascard. *d. quest. 5. n. 56.* Rosbach. *in proc. Judic. tit. 58. n. 12.* Item nisi id fiat in continenti post elapsum terminum

num

num, cum mora inter paucos dies purgari possit. Bald. in l. fin. ff. de feriis. & Auth. ad hac. C. de Usur. Deniq; nisi probatoriam dilationem petierint & impetraverint, quæ dilatio, si petens justum impedimentum docere, & juramento probare potest, secunda & tertia vice conceditur, quandoq; etiam quarta vice, si petitor juret, quod nec per se, nec per alios testificata intellexerit, quod non fraudulenter hanc productionem quartam petat fieri, sed quod testes jam producendos antea habere non potuerit. c. ultra tertiam. 55. ext. de testib. Auth. at qui semel. C. de probat. quæ quarta vicissim prorogari potest, præstito iterum eodem juramento. Gail. 1. observ. 91. n. 16. nova autem dilatio peti debet antequam prior finitur. Est etiam terminus hic probationis arbitrarius, ita ut judex considerata qualitate causæ, personæ, & distantia loci, secundum æquum & bonum moderari & determinare eam possit. Bald. in l. C. de dilation. Spec. de prob. in pr. wesenb. in par. de prob. n. 8. quod & in Camera observari testatur. Gail. 1. observ. 91. n. 13. De Jure autem Saxon. spatium sex septimanarum & 3. dierum, intra quod productiones fieri debent, constitutum est. Landrecht. lib. 1. art. 63. Rosbach. in proc. Judic. tit. 56. n. 21. (c) Ut exceptiones suas quas fortè habet, contra testes opponere possit. l. Judices. 18. C. de fid. Instrum. Auth. sed si quis ab aliquo. C. h. t. Nov. 90. c. 9. in pr. Bart. in l. maritus. ff. de question. Bald. in l. congruit. in fin. ff. de offic. pref. Mascard. d. quest. 5. n. 36. & vol. 2. conclus. 682. num. 1. & n. 10. & vol. 3. conclus. 1366. n. 1. Farinac. lib. 3. quest. 72. n. 1. Vigel. in method. Jur. Civil. lib. 2. c. 19. Gail. 1. observ. 102. n. 1. Rittershuf. ad Novell. d. cap. 22. n. 26. & hac citatione omiſſa, omnia testimonia annihilantur, etiam si mille testes producti essent. Bart. in d. l. maritus. ff. de question. Bald. in l. si quando. C. h. t. Mascard. d. quest. 5. n. 37. & d. conclus. 1366. n. 2. Farinac. d. quest. 72. n. 30. si tamen citatio commodè fieri non posset, puta, si in ipso mortis articulo testis constitutus esset, etiam non citata parte examinatio admitteretur. Bart. in l. 2. C. de naufrag. Mascard. d. conclus. 1366. n. 10. & conclus. 1388. n. 17. plures autem casus quando testes non citata parte examinari possint. vid. apud. Farinac. d. quest. 72. n. 26. & seqq.

G

XXVI. Ad



Ad formam etiam Examinationis pertinet, quod producens testes articulos probatoriales exhibere iudici (a) iisq; adungere directorium, & designationem articulorum, debeat, ut sciri possit, super quibus articulis testes specialiter interrogari & examinari debeant. (b) Hujus autem directorii, sicut & ipsorum articulorum copia adversario edenda est ad formanda interrogatoria (c) quæ communicari parti adversæ non debent. (d).

(a) Articulus dicitur pars intentionis continēs id, quod actor probare vult. *Spec. tit. de test. §. nunc videndum. n. 1. Marant. in spec. aur. part. 6. de posit. n. 1.* Hi autem formari ex libello. *Spec. tit. de posit. §. 5. n. 11. Mynsinger. 5. observ. 88. n. 3. Gail. 1. observ. 81. n. 5.* ideoq; etiam congruentes libello atque actioni in eo propositæ esse debent. *Spec. de test. d. §. nunc videndum. n. 1. 3. & seq.* Judicis verò hoc est officium, ut diligenter pendar, num sint conformes libello & ad probandam intentionem producentis aliquid faciant, an verò irrelevantes seu impertinentes sint; impertinentes autem dicuntur qui neque directò neq; per indirectum quoquo modo causæ adminiculantur, juxta *Gail. 1. observ. 81. num. 4.* hos enim rejicere potest & debet. *Bald. in l. ut frui. ff. si usufruct. pet. Spec. de test. §. d. nunc videndum. num. 4. Mascard. vol. 1. conclus. 132. n. 1. & vol. 3. conclus. 1177. n. 18. Gail. d. observ. 81. n. 15. Mynsinger. 5. observ. 88. n. 3. Wesenb. in par. de prob. n. 7. & seq.* Si tamen ambiguum sit, utrum impertinentes articuli sint nec ne, admittere potius eos iudex, cum usitata clausula, salvo Jure Impertinentium & non admittendorum, quam rejicere debet. *Gail. d. observ. 81. n. 9.* In scriptis autem hæc articulorum exhibitio fieri debet. *Spec. de test. §. d. nunc videndum. n. 1. & seq.* partis verò citatione ad eam non est opus, cum Iudex eas admittere vel rejicere etiam parte absente possit. *Gail. d. observ. 81. n. 17.* (b) *Gail. 1. observ. 96. num. 7.* (c) *Spec.*

(c) Spec. in d. §. nunc videndum. Farinac. lib. 3. quest. 73. num. 16. Vigel. in method. Jur. controu. d. c. 13. reg. 24. Marant. part. 6. tit. de posit. n. 19. Gail. 1. observ. 95. n. 6. in fin. Wesenb. in par. b. t. n. 5. Interrogatoria autem quænam sint, describit. Rosbach. in proc. Judic. tit. 55. n. 1. quod scilicet dicantur interrogationes quædam, quæ ab adversario super negotii circumstantiis, & testium qualitatibus, contra se in iudicium deductis, formantur, ut testes pro tuenda veritate de illis interrogentur. Dividi verò possunt in Generalia, quæ testium personas potissimum spectant: ut num testis sit infamis, impubes. &c. & Specialia, quæ testium dicta & enunciata maximè concernunt. Rosbach. in d. tit. 55. n. 2. & seq. Rittersh. ad Novell. d. cap. 22. n. 38. Conficiuntur hæc interrogatoria ex ipsis articulis. Gail. 1. observ. 95. num. 4. & quidem in omnibus causis etiam criminalibus pro lubitu cujuslibet. Spec. tit. de test. §. jam de interrogatoriis. num. 16. & seq. ad eaq; testes æquè respondere debent, ac ad ipsos articulos, cum si secus fieret, testes haberentur pro non receptis, nihilq; probarent. Farinac. lib. 3. quest. 73. n. 14. (d) nec à parte, nec ab ipso iudice. Farinac. d. quest. 73. n. 19. Marant. in spec. aur. part. 6. tit. de interrog. product. n. 3. Vigel. in method. Jur. controu. d. c. 13. reg. 24. Gail. d. observ. 95. n. 6. Rosbach. d. tit. 55. n. 10. Si tamen iudici communicanti interrogatoria pars non contradicat, sibi præjudicat, Rosbach. d. t. 55. n. 11. Sed quid si Iudex dolo, culpa, aut negligentia data interrogatoria fortè neglexerit, an examen propterea planè annulletur, hic quæri potest? Negativa placet, cum Marant. in d. tit. de interrog. num. 4. Gail. d. observ. 95. n. 7. Mynsinger. 1. observ. 32. in pr. attamen eo casu testes repeti possunt, etiam post publicatam attestacionem. Bart. in Auth. at qui semel. n. 36. C. de probat. æquè ac super omisso articulo, nec tamen ad præstandum denuò juramentum obligantur. Bart. in l. heredes. §. si quid. n. 7. ff. de testament. Spec. d. §. nunc videndum. in fin. Mynsinger. d. obs. 32. plura de his interrogatoriis. vid. apud Rosbach. d. tit. 55. n. 14. & seqq.

Insuper etiam priusquam testes ad dicendum testimonium admittuntur, Juramentum Judex ab ipsis de dicenda veritate, non modò super articulis propositis, sed etiam super tota causa, iisque omnibus quæ ad causam aliquid facere videntur, requirere, (a) & denique examinationem omnium testium non simul, sed separatim, loco secreto & remotis partibus facere debet. (b).

(a) *L. jurisjurandi. 9. C. h. t. Bart. in l. si duo patroni. §. Idem Julianus. num. 9. ff. de Jurejur. Mascard. de prob. vol. 1. quest. 6. num. 74. & quest. 17. n. 23. Farinac. lib. 2. quest. 71. num. 15. Gail. 1. observ. 10. n. 2. Mynfinger. 4. observ. 77. n. 1. Schneidewin. lib. Instit. 4. tit. 6. num. 118. Rosbach. in proc. Judic. tit. 57. num. 1. Est enim hoc Juramentum de substantia & forma testimonii. Mascard. vol. 3. conclus. 1362. n. 3. Gail. d. observ. 101. n. 1. Ideoque etiam indistincte testis, cujuscunq; sit conditionis & qualitatis, sine eo fides non adhibetur. Bart. in l. admonendi. ff. de jurejur. Bald. in l. presbyteri. C. de Episcop. & Cler. Mascard. vol. 1. conclus. 426. n. 8. præsumptionem tamen quandam & aliqualem probationem non jurati faciunt. Mascard. vol. 1. quest. 5. n. 84. & vol. 3. d. conclus. 1362. num. 18. Sed præstito hoc Juramento possunt super omnibus causam spectantibus examinari. Barr. in l. si duo patroni. §. Idem Julianus. ff. de Jurejur. Spec. tit. de test. §. 1. etiam extra articulos & interrogatoria, si fortè ea malè sint concepta. Spec. de interrogat. §. 3. in pr. Mascard. vol. 3. conclus. 1365. n. 7. Farinac. d. quest. 71. n. 14. præstitum autem esse difertè ex actis constare debet, aliàs id nunquam præsumitur. Mascard. d. quest. 5. n. 113. Farinac. lib. 3. quest. 74. n. 72. defertur verò & præstatur hoc Juramentum parte adversa citata & præsentem vel per contumaciam absentem. l. si quando. 19. C. h. t. Spec. tit. de test. §. qualiter. num. 12. Farinac. lib. 2. quest. 71. num. 15. in fin. Mascard. d. quest. 5. num. 85. & seqq. Rosbach. in proc. Judic. tit.*

57. n. 9. Wefenb. in par. b. t. n. 5. Treutl. vol. 2. disp. 5. ib. 6. lit. F. & prætare illud recusantes tenentur partibus ad interesse. Spec. de test. s. sequitur de testium in fin. Mascard. d. quæst. 5. n. 112. Potest tamen hoc iuramentum consensu partium in causis civilibus testibus remitti. Spec. tit. de test. Gail. 1. obs. 101. n. 2. Mynf. 3. obs. 80. n. 6. agitur enim in his tantum de ipsarum partium interesse, & sic quilibet favori pro se introducto renunciare potest. l. penult. C. de pact. l. potest ff. ab l. Falcid. Mascard. d. conclus. 1362. n. 2. non item in criminalibus, Rosbach. d. tit. 57. n. 4. & seq. cum in illis publicum commodum versetur, Reipublicæ enim interest, ne delicta maneant impunita. l. ita vulneratus ff. ad l. Aquil. l. 14. C. de pœn. Mascard. d. quæst. 5. n. 108. neq; etiam in testimonio, quod quis ad dissolvendum matrimonium perhibere debet, remitti illud potest, secus tamen in testimonio super confirmatione matrimonii, Mascard. d. quæst. 5. n. 111. quamvis autem partes iuramentum illud remiserint, iudex tamen si causæ utilitatem id postulare videat, deferre id propterea non prohibetur, nisi & ipsius autoritas remissioni à partibus factæ accesserit, Gail. 1. obs. 101. n. 5. Rosbach. d. tit. 57. n. 5. (b) Bart. in l. nullam C. de testib. Spec. de test. s. nunc tractandum. in pr. Mascard. vol. 1. conclus. 262. n. 41. Vigel. in method. Iur. contr. d. c. 13. reg. 7. Rosbach. in proc. Iudic. tit. 58. n. 2. Treutl. d. disp. 5. ib. 9. præsentem tamen notario qui dicta testium, & quidem ipsa verba quibus usi fuerunt, annotare debet, Spec. in d. s. nunc tractandum. Rosb. d. tit. 58. n. 4. in causis verò summaris & modici præjudicii partibus præsentibus examinatio fieri potest, Bald. in l. prolatum C. de sentent. & interlocut. omn. jud. Rosbach. d. tit. 58. n. 3. antequam autem ad examinationem iudex perveniat, reducere in memoriam testibus iusjurandum debet. Wefenb. in par. b. t. n. 5. & in ipso examinationis actu diligenter observare constantiam vel trepidationem testis l. de minore 10. s. plurimum ff. de quæstion. Donel. ad l. sola testatione C. b. t. Vigel. in method. Iur. Civ. lib. 2. c. 19. Testis enim qui in iudicio timeret & trepidando vacillat in depositione sua suspectus est, Bald. in l. eos in fin. C. b. t. Mascard. d. conclus. 1358. n. 39. Sed jam hic quæri commodè potest:

test: An iudex ipse hanc examinationem præcisè facere debeat, vel alii eam committere possit? prius verius puto in criminalibus, cum Spec. in tit. de test. §. nunc. tractandum n. 2. Farinac. lib. 3. quest. 77. n. 196. Gail. 1. obs. 96. n. 10. posterius verò in causis civilibus. Gail. d. obs. 96. n. 10. & lib. 1. de pac. public. c. 8. n. 9. & seq. Mynf. 3. obs. 40. in pr. Excipitur causa fractæ pacis, in qua examinatio testium à Camera alteri committitur, quamvis eam criminalem esse dubio careat, Gail. d. obs. 96. num. 11. Mynsing. 3. obs. 40. in fin.

XXIIX.

Examinatione jam sic ritè perfectâ, iudicis est operam dare ut ulteriori productioni partes renuntient, quam renunciationem deinceps sequitur publicatio testium, quæ per iudicem competentem, citata ad hoc adversâ parte, fieri debet. (a) Post autem hanc testimoniorum publicationem factam, cognitâs attestations, & conclusionem in causâ factam, nulla ferè ulterior productio admittitur. (b)

(a) Mascard. de prob. vol. 2. conclus. 682. n. 12. Farinac. lib. 3. quest. 72. n. 28. Rosbach. in proc. Judic. tit. 60. n. 2. hæc tamen citatio & præsentia necessaria non est, si parte utraq; præsentè examinatio facta sit, Vigel. in method. jur. contro. lib. 2. c. 13. reg. 32. Publicatio autem hæc non est de substantia processus, ideoque omitti potest, ut nihilominus iudicium & sententia firma permaneat. Farinac. lib. 3. q. 75. n. 7. & seqq. Vigel. in method. jur. contro. d. c. 13. reg. 31. Gail. 1. obs. 105. n. 1. Mynsing. 4. obs. 52. n. 1. Rosbach. in proc. Judic. tit. 60. n. 5. (b) Idq; ob metum subornationis. Auth. at qui semel C. de probat. Nov. 90. c. 4. Spec. tit. de test. §. satis utiliter. Mascard. vol. 1. quest. 5. n. 45. Farinac. d. quest. 75. n. 68. Obrecht. disp. de prob. 4. th. 69. Gail. 1. obs. 105. num. 12. Wefenb. in par. de prob. n. 9. dixi tamen ferè, quia hæc regulatio ratione personarum & rerum variis multisq; modis limitatur. Ratione enim personarum iudex in subsidium iustitiæ & veritatis ulteriorem productionem concedere potest. Bald. in l. amplè-

ampliozem C. de appellat. Mascard. vol 3. conclus. 1229. n. 18. & seq.
 & conclus. 1236. n. 15. Farinac. d. quæst. 75. n. 184. & n. 266. Berous
 quæst. famil. 37. n. 3. Gail. d. obs. 105. n. 5. & seq. Obrecht. disp. de
 probat. 4. tb. 103. Item minoribus 25. annis ulterior productio
 conceditur. Obr. d. disp. 4. tb. 109. cum æquæ ob neglectas proba-
 tiones ac ob quamlibet aliam læsionem in integrum restitui
 possint. Bart. & Bald. in l. 26. ff. de minor. 25. annis, Farinac. d. q.
 75. n. 444. Imò etiam majores ad productionis reiterationem ex
 mutuo consensu admittuntur in causis privatis, Bart. in auth.
 at qui semel n. 38. C. de probat. Bald. in l. per banc. C. de temp. appell.
 Farinac. d. quæst. 75. n. 179. Gail. d. obs. 105. n. 14. Obr. d. disp. 4. tb. 116.
 Item si in testium productione & examinatione fuerit pecca-
 tum, nova productio partibus non denegatur. Mascard. d. con-
 clus. 1236. n. 26. Farinac. d. quæst. 75. n. 98. Gail. d. obs. 105. n. 12. Ob-
 recht. d. disp. 4. tb. 121. quod tamen tantum procedit si negligenti-
 a, dolo aut Imperitia judicis id factum esset. Farinac. d. quæst.
 75. n. 202. Obrecht. d. disp. 4. tb. 127. Secus si dolo aut culpa par-
 tis producentis. Obrecht. d. disp. 4. tb. 131. Item si quis docere ve-
 lit testes productos pecunia esse corruptos, ad novam testium
 productionem admittitur. Bart. in d. auth. at qui semel n. 26. C. de
 probat. Farinac. d. quæst. 75. n. 150. Gail. d. obs. 105. n. 8. Obrecht.
 d. disp. 4. tb. 141. Ratione rerum nova testium productio con-
 ceditur, si priores depositiones seu testificata essent deperdita,
 Bart. in d. auth. at qui semel. C. de probat. Bald. in l. veluti ff. de E-
 dend. Spec. tit. de test. s. satis utiliter in fin. Mascard. d. conclus.
 1236. n. 23. Gail. d. obs. 105. n. 13. Item si causæ in judicium dedu-
 ctæ mutatio sit facta, tum enim novas quoq; facere probatio-
 nes licere dubium non est, Bart. in l. 2. §. 1. ff. Vi bonor. raptor.
 Obrecht. d. disp. 4. tb. 146. Imò etiam si nulla mutatio obringat,
 causæ tamen aut criminalis sit aut matrimonialis, Bart. in l. 1. §.
 fin. ff. de question. & in l. Divi fratres ff. de pæn. Mascard. vol. 1. q. 17.
 n. 45. & 47. Obr. d. disp. 4. tb. 145. & 55. Gail. d. obs. 105. n. 5. & 10.
 Rosbach. in proc. Judic. tit. 58. n. 14. Wefenb. in par. de probat.
 n. 9. cum in criminalibus etiam post sententiam & rem judica-
 tam testes recipi possint. Wefenb. d. tit. de prob. n. 9. Item quam-
 vis

vis post publicationem & didicita testificata probatio per testes sit interdicta, admittuntur tamen probationes quæ sunt per instrumenta, confessionem partis & evidentiam facti. Bald. in rubr. C. de probat. & in l. si quis in fin. C. h. t. Mascard. vol. 1. quest. 8. n. 9. Farinac. d. quest. 75. n. 163. & seq. Gail. d. obs. 105. n. 4. Sed plura de his vid. apud Farinac. d. lib. 3. quest. 75. per tot. Obrecht. d. disp. de probat. 4. Gail. de obs. 105. Sich. ad auth. at qui semel C. de prob. Illud generaliter hic notandum, quod neq; Principi absq; iusta causa ulteriorem productionem post didicita testificata concedenti obtemperare debeamus. Nov. 90. c. 4. Obr. d. disp. 4. tit. 84. cum rescripta contra jus impetrata nemini prodesse debeant. l. ult. C. de divers. rescript. l. penult. C. d. prec. Imper. offer. nisi rescripto huic adjecta sit clausula: Non obstante publicatione, aut ex certa scientia, tunc enim locum habere, testatur Gail. d. obs. 105. n. 10.

XXIX.

Solet autem plerumq; adversa pars ante hanc publicationem, vel etiam in ipso publicationis actu protestari se exceptiones suas, tam contra personas, quam dicta, item examinationem testium, post publicationem demum opponendas sibi reservare (a) Contra personas testium opponi potest, quod sint singulares (b) vel aliàs inhabiles ad testimonium, quæ latius colligi possunt supra ex thesi decima octava & duabus sequentibus.

(a) Vigel. in method. Jur. contro. lib. 2. c. 13. reg. 34. Treutl. vol. 2. disp. 5. tit. 9. lit. F. Rosbach. in proc. Judic. t. 1. 60. n. 3. licet Jus Canon. ante publicationem objiciendas esse statuat. c. presentium 31. ext. h. t. c. licet causam. de probat. Admittuntur etiam quandoq; absq; protestatione hac exceptiones contra testes, si post publicationem demum quis eas cognoverit, aut juret se non dolo malo eam rejectionem instituire. Donell. ad auth. si testes C. h. t. (b) Singularis testis dicitur, qui solus est, nec alium sibi habet in depositione per omnia contestem.

& con-

& concordem. Mascard. *de prob. vol. 2. conclus. 856.* hic planè nihil probare potest. Bald. *in l. ob carmen. s. fin. num. 2. ff. b. 1. & in l. jurisjurandi. C. h. t. Farinac. lib. 2. quest. 64. num. 33.* Vigel. *in method. fur. controuv. d. cap. 13. reg. 37.* Spec. *tit. de test. §. nunc videndum.* Gail. *1. observ. 66. num. 10.* Mynfinger. *3. observ. 76. n. 1.* Rosbach. *in proc. judic. tit. 55. num. 8.* facit tamen aliquod indicium & præsumptionem. Mascard. *d. conclus. 856. num. 24.* Testem etiam nobilem & spectatæ fidei, quamvis singularis sit, fidem facere, testatur Mynfinger. *d. observ. 76. num. 6.* Gail. *d. observ. 66. num. 11.* Præterea etiam testium singularium testimonium in probanda Jurisdictione, servitute & similibus, puta, si unus deponat, de uno Jurisdictionis actu, alter de alio, & sic in probanda Jurisdictione in genere conveniunt, quamvis ratione diversorum actuum singulares sint, admittitur. Mascard. *vol. 2. conclus. 947. n. 1.* Gail. *d. observ. 66. num. 11.* Similiter observatur in materia decimarum, ad probandum enim unum integrale sufficit probare ejus partes per testes singulares, inquit Gail. *d. obs. 66. n. 11.*

XXX.

Contra dicta testium excipitur, quod sint contraria (a) ambigua, dubia, obscura, incerta (b) præmeditata & composita (c) quod sint de credulitate (d) auditu alieno, (e) & sine ratione ac causa scientiæ idonea deposita (f) quod falsa (g) non verisimilia neque congruentia cum facto vel natura rei (h) &c.

(a) Bart. *in l. eos. ff. ad l. Cornel. de fals.* Bald. *in l. sed etsi possessor. s. sed etsi verum. ff. de jurejur. & in l. 1. C. de testam.* Spec. *de test. §. 1. num. 70.* Mascard. *de prob. vol. 3. conclus. 1361. n. 3.* Farinac. *lib. 3. quest. 65. num. 1. & seq.* Vigel. *in method. fur. Civ. lib. 2. c. 19.* Wesenb. *in par. h. t. num. 7.* Rosbach. *in proc. judic. tit. 61. n. 11.* Est autem diligentis providiq; judicis, pro viribus operam dare, ut testium dicta contraria, ad concordiam reducantur, ut

H

va.

valeat potius eorum depositio quam pereat. Bald. in l. testium
num. 15. C. b. t. Spec. tit. d. interrog. num. 11. Mascard. d. conclus.
1361. num. 10. Vigel. in method. Jur. controuv. lib. 2. cap. 13. reg. 37.
etiam per impropriationem verborum. Farinac. d. quest. 65. n.
43. quæ tamen interpretatio semper verisimilis esse. Farinac.
d. quest. 65. n. 93. in partem benigniorem propendere. Spec. de
test. §. 1. n. 51. ac maxime pro reo, nisi causæ agentis favor aliud
exigat, fieri debet. Spec. de test. §. 1. num. 51. Wesenb. in par. b. t.
num. 6. plerumq; etiam majoris & dignioris partis assertioni, in
contrarietatis hujus conciliatione standum est. Wesenbec.
in par. de probat. num. 13. (b) l. neq; natales. 10. C. de probat. l.
non hoc. 4. C. unde legitimi. Bart. in l. de minore. §. tormenta. ff. de
question. Spec. de test. §. 1. num. 69. & seqq. Mascard. vol. 3. conclus.
1363. num. 6. Farinac. lib. 3. quest. 68. num. 1. Wesenb. in par. b. t.
n. 7. dicitur autem obscura & dubia depositio, quando plures
& diversos continet intellectus, pluribusq; modis intelli-
gi & interpretari potest, secundum Farinac. d. quest. 68. n. 2.
hæc interpretanda est contra producentem, Bart. in l. inter. 83.
§. Stichum. ff. de verb. oblig. Rosbach. d. tit. 58. num. 15. & tit. 61.
num. 14. Wesenb. in par. de probat. n. 12. (c) Bart. in l. 3. §.
Idem. n. 5. ff. b. t. Spec. de test. §. 1. n. 81. Instructi enim à parte
vel advocato planè rejiciuntur. Mascard. d. conclus. 1358. num. 3.
Vigel. in method. Jur. controuv. d. cap. 13. regul. 37. nisi instructio
hæc spectaret ea, quæ juris sunt, nam tunc admittitur, puta, si
admoniti essent de reddenda ratione dictorum suorum, vel sim-
pliciter de veritate dicenda. Bald. in l. 2. C. si ex fals. instrum. &
in l. 3. in pr. ff. b. t. Spec. tit. de test. §. 1. Mascard. d. conclus. 1358.
num. 4. Farinac. lib. 3. quest. 67. num. 287. Mynfinger. 3. observ.
75. (d) Bart. in l. 1. §. Item Labeo. ff. de aq. pluv. arcend. & in
l. 1. ff. si tab. testam. null. extab. Bald. in l. conventicula. C. de Episc.
& Cler. Spec. de test. §. 1. Indicium tamen aliquod faciat.
Mascard. vol. 3. conclus. 363. num. 22. Item si adjiciatur bona
ratio, locum habere possunt ejusmodi dicta. Bald. in l. data o-
pera. C. qui accus. non poss. (e) Bald. in l. si arbiter. ff. de probat.
Spec. de test. §. 1. vers. testimonium de auditu alieno. Farinac. lib. 2.
quest.

quest. 69. n. 2. de eo enim quod novit per sensum proprium non autem per sensum alterius debet deponere, inquit *Spec. de test. §. 1. n. 52.* Farinac. *d. quest. 69. num. 3.* (f) Bald. *in i. 1. n. 4. in fin. ff. si cert. pet. Spec. de test. §. 1. num. 60. vers. item quod interrogatus non reddit.* Mascard. *vol. 1. quest. 5. num. 120.* Farinac. *lib. 3. quest. 70. num. 1.* talem autem, quæ ei a cætu, super quo deponit, maxime congruit, dare debet: veluti si de cantu quis deponeret rationem assertionis suæ, per auditum dare tenetur. Bart. *in l. qui testamento. §. fin. ff. de testam. & in l. testium. C. b. t.* Mascard. *vol. 3. conclus. 1369. num. 53.* Si tamen de reddenda ea interrogatus fuerit, aliàs enim dare eam non tenetur. Farinac. *d. quest. 70. n. 4.* nisi in criminalibus causis. Mascard. *vol. 2. conclus. 900. num. 11.* Item in iis, quæ sensibus non sunt expositi, sed tantum iudicio intellectus comprehendi possunt, in his enim etiam non interrogati rationem assignare tenentur. Bald. *in l. furiosum C. qui testam. fac. possunt.* Vigel. *in method. Jur. controvers. d. cap. 13. reg. 37.* w esenb. *in par. b. t. n. 6.* quod si non faciunt, ne præsumptionem quidem inducunt. *Spec. de test. §. 1. num. 60. & seq. w esenb. b. t. n. 6.* (g) *l. qui falso. 16. ff. b. t.* *Spec. de test. §. 1. n. 44.* testis enim in una parte falsus regulariter in totum habetur pro tali, si tamen appareat falsitas in substantialibus depositionis. Farinac. *lib. 3. quest. 67. num. 178.* secus si in non substantialibus. Farinac. *d. quest. 67. num. 179. & ibi alleg.* (h) *Spec. de §. 1. num. 44.* Rosbach. *in proc. Judic. tit. 61. n. 14.*

XXXI.

Examini contraria seu exceptiones, quæ ei opponi possunt, sunt quod coram iudice incompetente, (a) quod ante litem contestatam, (b) vel post publicationem, (c) vel extra terminum, (d) neque citata adversa parte examinatio facta sit, (e) quod non jurati ad examen testes sint admissi (f) quod non secreto (g) nec diligenter ad omnia interrogata à parte data, sint examinati (h) quod non viva voce, sed in scriptis deposue-

rint(i) quod sponte ad examinationem se obtulerint
(k) quod die feriato recepti sunt. &c. (l)

(a) Bald in l. fin. C. b. t. Farinac. lib. 3. quest. 80. num. 18.
(b) Spec. de test. §. nunc tractemus. Mascard. d. prob. vol. 1. quest. 5. n. 43. Farinac. lib. 3. quest. 76. n. 1. & seq. Gail. 1. obs. 92. n. 1. (c) Spec. de test. §. n. 30. Farinac. lib. 3. quest. 75. num. 1. (d) Mascard. d. quest. 5. n. 66. Farinac. d. quest. 80. n. 60. (e) Bart. in l. maritus & in l. fin. ff. de question. Bald. in l. iudices 18. C. de fid. Instrum. & in l. si quando C. b. t. Mascard. d. quest. 5. n. 36. & vol. 3. conclus. 1366. n. 2. Farinac. lib. 3. quest. 72. n. 1. Vigel. in method. Jur. Civ. lib. 2. c. 19. Gail. 1. obs. 102. n. 1. (f) l. Jurisjurandi 9. C. b. t. Bart. in l. admonendi 43. ff. de iurejur. Bald. in l. Presbyteri C. de Episcop. & Cler. Mascard. d. quest. 5. n. 74. & n. 76. & vol. 3. conclus. 1362. n. 1. Vigel. in method. Jur. Civ. d. c. 19. & in method. Jur. controv. lib. 2. c. 13. reg. 37. Gail. 1. obs. 101. n. 1. Mynsing. 4. obs. 77. n. 1. (g) Spec. de test. §. nunc tractandum in pr. §. n. 9. Farinac. d. quest. 80. num. 93. (h) Spec. de test. §. jam de interrogatoriis. Farinac. lib. 3. quest. 73. n. 7. (i) Bart. in l. 1. C. b. t. Spec. de test. §. nunc tractandum. Mascard. d. quest. 5. n. 11. & conclus. 46. n. 3. Farinac. d. quest. 80. n. 27. Vigel. in method. Jur. Civ. d. c. 19. & in method. Jur. controv. d. c. 13. reg. 37. Treutl. vol. 2. disp. 5. th. 9. (k) Mascard. d. quest. 5. num. 27. & vol. 3. conclus. 1358. n. 63. (l) Mascard. d. quest. 5. n. 91. Farinac. d. quest. 80. n. 55. Vigel. in method. Jur. controv. d. c. 13. reg. 10. & 37. nisi tamen iuramentum die Juridica praestiterit, tunc enim examinatio die feriatata fieri potest. Spec. tit. de fer. §. 2. Vigel. in d. loco.

XXXII.

Finis testium est, ut per eorum testimonia fides fiat iudici de re dubia & controversa in iudicium deducta (a) Effectus eorum est, quod iudex secundum testimonium enunciationem, sententiam vel absolutoriam vel condemnatoriam ferat. (b)

(a) l. 1. c.

(a) *l. testium 3. l. 21. §. ult. ff. h. t.* (b) *arbitrio enim*
judicis relinquitur, quanta fides adhibenda sit testibus consi-
deratis accuratè omnibus circumstantiis. Duaren. ad tit. C. de
testib. n. 6. Mascard. de prob. vol. 2. conclus. 711. n. 45. regulariter
tamen dictis eorum stare debet, nisi exceptiones suas vel contra
personas, vel dicta, vel examinationem testium adversarius
probare possit, Vigel. in method. Jur. controv. lib. 2. c. 13. reg. 37.
Peractis jam veris ac præcipuis probandi modis ac speciebus,
ordinis quidem ratio exigeret, ut probationum ad finia, qualia
sunt Jusjurandum l. 25. §. 3. ff. de probat. l. 11. §. fin. l. 30. ff. de jure-
jur. Vigel. in method. Jur. Civ. lib. 2. c. 17. Wefenb. in par. de pro-
bat. n. 11. Indicia seu argumenta l. 21. l. fin. C. de probat. l. 5. §. 6.
ff. de remilitar. l. 1. §. 1. l. 18. §. 1. & 2. ff. de question. l. indicia 19. C. de
Rei vindicat. Confessio propria l. 1. 2. 3. & seqq. ff. de Confess. Evi-
dentia facti, Bald. in l. 7. C. de accusat. Wefenb. in par. de probat.
n. 11. Ocularis inspectio Judicis l. minor. 25. annis 32. ff. de minor.
l. si eruptione 8. ff. Fir. regund. l. Eadem oratione 2. ff. de Fervis. Bald.
in l. 4. n. 7. C. ad l. Aquil. Wefenb. in par. d. n. 11. Fama l. Testium
3. §. 2. ff. de testib. l. si vicini 9. C. de nupt. Præsumtio, Wefenb.
in par. de probat. d. n. 11. & si quæ sunt præterea, investigarentur,
sed cum præcedentia ultra intentionem excreverint: Insuper
etiam hæc enumerata probationis ad finia, propriè probatio-
nes dici nequeant. Bart. in l. 1. C. de fid. instrum. Wefenb. in par.
de probat. n. 4. cum ab onere probandi potius relevent, quàm
directò probent Bart. & Bald in rubr. C. de probat. Mascard.
de prob. vol. 1. quest. 4. n. 13. & quest. 9. n. 1. Rosbach. in
proc. Judic. tit. 53. n. 9. Wef. in par. d. t. n. 4. Ideò alii
disquisitioni ea reservare & hic pedem
figere lubet.

SOLI DEO GLORIA.

Romanus Schmitt



Ad Praestantiss. Dn. RESPONDENT.

Puteo sub alio *Filiam Chroni* merfam,
Themidi sagace prodidit *Sophus* risu,
Sophus ille, civis degener suae terrae.
Doluit Sororis flebilem vicem *Diva*.

Et opem terendit, praecipui ruens pinnam,
Trochleasque doctas, antliasque, vesteisque;
Teretes coegit; & quod erutam sistat
Scrobe *Veritatem*, protulit sub apricum.

*l. 22. C. ad L.
Corn. de fal.*

Caput illa dium salva reddidit Caelo;
Fremitu secundo terra favit ac aether.
Rosae sed *Horae* solstra laeta crevere,
Reducique, fanum censuere *Fortuna*;
Soliumque, *Diva* coepit inde *Consultae*
Puteal vocari. Proinde visus es curae
Pretium mereri, quando machinas illas,
O *Amice*, quaquam versus evolurasti;
Pariterque nunc expandis, intimam promtas
Themidos Favissam, polfabre politique.

Ita nempe pulcris adprobabis has *Horis*;
Iridemque, Matri te probabis *Horarum*,
Iridemque & *Albi*, *Balticoque*; *Portuno*.
Neque fortior *Probatio* dari quivit
Operae fidelis, evidentiâ facti.
Ita sentit ipsa, teque maxime virtute
Jubet esse *Diva*, Maxime! sic jubet *Diva*.

Amico adfectu lud. Lipsia

Romanus Schmidt.

267.





153989

ULB Halle

3

003 260 577



R

VD 17



Iequit
pbila
crisis pbi
latente or
cuntur car
te in quibz
confinen
tur incan
ta cones.
Si
duni
na cones.
in cones
fias. fm
legem isti
ocremas.
sed ille in
cuis do
mo be fi
unt post
publica
conem bo
noz in ex
illum int
atur. ut. C.
x. malefi.
nullus. ac
On
vice.
at. pter
segetes.
nuncquid
ergo hic
repbendi
tur astro
com. an

rus ignarus idco tñ bñdus ē diuinus.
Quo aut mirū si quēadmodū ille corpif
humani vel perturbata uel mortificata tem
perie seu bonas seu malas futuras puidet
ualitudines. sic demōes in aeris affectōe
sibi notas nobis ignotas puidēt futuraf
repestates. Aliqñ hōim etiā dispositōes
nō solitōe p̄latas veruz etiā cogitacōe
oreptas. cū si gna qdam ex aio expmū
tur in corpore tota facilitate pdiscūt. atqz
hinc etiā multa fortuna nūciant. alijs vi
delic. mra q̄ illa discōlica nō noverunt.
fallunt etiā itaculo fallēdi r munda volū
tate q̄ hōim et rox et etantur. S; ne apud
cultores suos pōdus auctoritatis amit
tant. id agūt vt inter p̄b; suis signoz
qz suoz. diectoribz culpa tribuat qm̄ ipi
mali excepti fuerint vel menti. Nōnupq̄
vero ipsi maligni spūs et illusozes hōim
atqz inualozes salutis eoz solēt p̄dice
re defectū culture sue et ydoloꝝ ruinam
quatinus p̄sci vi deātur qd̄ in singlis re
gionis ā locis v̄turuz et qd̄ aduersi sue fa
ctōm d̄tingere possit. qd̄ etiā illi q̄ gēllū
hystorias legūt nō ignorāt. Quod ergo
mirū si iam imminere tēploꝝ. r simulacro
ruz euerthōe quā p̄b; dei sumitāto an

illa p̄care facit. Vnde
et nouissima ainnūitate in
estis. Cultores vero ydoloꝝ
mūone sp̄andi sūt. S; nā
ad coribz. si q̄s frat̄ so
rus aut ydolis finēs cū ei
bñ sumere. **H**inc ē in d
rñ iūmōis legē

Quis ariolos arusp
res obsuaugit ā pbi
vltus fuerit anathema sit.
rit. ano octio. ca. xxxim. **Q**

Quī diuina cōes expa
um subsecūtur. uel in domo
di boies introducunt ex q̄re
magica ā expiā di cā sub re
iacēt sēdm gradus pemit
Itē ex octi. marim ipē.

On liceat re nō licet
xp̄iamis tenē tradicōe
suare uel colere elemēta ā
curfus. ā manē signoz. fall
faceda. uel p̄ter segetes. r
eadas uq̄ d̄ung. s.

*Precepta de p̄b; s; nā
falsis r reuocaz.*

loc. ad p̄b; vel in. ca.

loc. ad humilicōm

loc. ad p̄b; s; nā

emmi. O. n. s. s. n. s. n. s.





333.
18

Disputatio Juridica,
De
PROBATIONIBUS.

Quam

A. D. O. M.

*Consensu Magnifici atq; Amplissimi in celeberrima
Academia V Vittebergensi Jctorum ordinis,*

SUB PRÆSIDIO

Viri Amplissimi, Clarissimi & Consultissimi,

DN. CONRADI CARPZOVII,

J. U. D. & Profess. publ. Curia^e Provinc. Consistorii
Ecclesiastici, Facultatis Juridicæ Wittebergæ, & Electoralis per
Inferiorem Lusatiam Judicii Adsefforis dignissimi, Decani p. t.
Speciatissimi, Promotoris ac Præceptoris sui omni observan-
tiæ cultu atatem venerandi & colendi,


Publico examini exhibet

HENRICUS SCHABELL

Wismar. Megapol.

Ad diem 24. Martii in Auditorio

Jctorum.



WITTEBERGÆ,

Typis Hæredum SALOMONIS AUERBACH, Acad. Typogr.
ANNO MDCXXX.